decōtendam:Itaq; machinatus eſt vt nō primo Adā adoriret: ſed Adā per mulierē circūſcribere conaret. Non adorſus eſt eū qui corā acceperat cęleſte mādatū:ſed eā adorſus eſt quæ a viro dedicerat nō a deo quid obſeruaret acceperat. Neq; eñ habes:quia mulier dixit deus:ſed quia adę dixit:& ideo per Adā cognouiſſe mulier ęſtimanda eſt. Cognoſces igitur hoc loco tentamenti genus plurima etiam alijs locis Tentamenti genera reperies. Alia ſunt per principē iſtius mundi:qui q̄dē venena ſapientię in hunc mundū euomuit: vt vera putarent homines eſſe quæ falſa ſunt:& ſpecie quadā hoīm caperētur affectus. Nō eñ ſemper quaſi apertus hoſtis ingreditur:ſed ſunt quędam poteſtates quæ amorē ſimulant gratiamq; pretendunt: vt paulatim cogitationibus noſtris venenū ſuæ iniquitatis infundat a quibus oriūtur illa peccata quæ vel ex delectatione: vel ex quadā mentis facilitate naſcuntur. Sunt etiam aliæ poteſtates quæ veluti colluctantur nobiſcum vnde apoſtolus ait. Quia nō eſt nobis colluctatio aduerſus carnē & ſanguinem : ſed aduerſus principes & poteſtates & rectores huius mundi tenebrarum harum:aduerſus nequitiam ſpiritualiū quæ ſunt in cæleſtibus. Volunt eñ hac quadam cōtentione nos frangere:& veluti quoddā aię noſtrę corpus elidere vñ & Paulus quaſi bonus athleta:nō ſolum ictus aduerſantiū poteſtatum vitare cognouerat: verū etiam aduerſantes ferire: vnde & ait:p̄cutio pugnis non vt aera cædens. Et ideo quaſi bon⁹ athleta ad coronam meruit peruenire. Ergo multiplicia tentamenta ſunt diaboli. Et ideo bilinguis ſerpens habetur atq; letalis:eo ꝙ diaboli miniſter aliud lingua loquatur:aliud corde meditetur. Sunt & alii miniſtri q̄ & cordis & vocis ſui infectas veneno veluti verborum ſuorū iactāt ſagittas. Quibus dominus ait. Generatio viperarum quomodo poteſtis bona loqui cū ſitis mali? Hæ ſunt noſtræ ſyrtes: hęc ſcylla: hęc ſymplegades. hęc Charybdis:quarum concurſibus dep̄hēſę animę cæleſtis patriæ curſum amittunt. hæc torpedo quę mentibus noſtris torporē ac ſtuporem immittit:& ad bonum opus reddit immobiles. Quoniā igitur vt diuus Antonius ſcribit ex vno ſunt omnes dęmones ſecūdū ſenſualē extantiā id eſt nō differūt ſpecie eſſētiali ſecundū eorum ſubſtantiā. In fugiendo vero eos adeo multa diuerſitas eſt in illis effecta ob diuerſas operationes ipſorum: Icc irco autem omnia hęc nomina adiecta ſunt iſtis propter vniuſcuiuſq; eorum operationem. ideo & nunc quidam ipſorum vocantur: Archangeli: alij ſedes & dominationes. & poteſtates & Cherubin: hæc autem (infit Antonius) eis nomina ſunt addita pro eo ꝙ conditoris proprij aliquando cuſtodierint voluntatem. Nam indubitato id

Tentationum gña

Ep.vj.b.

i.Co.ix.d.

Math.iz.

Angelorum noīa varia.

Angelos lapſos a deo bonos fuiſſe creatos. Ex diuo Dionyſio. Eſaias.

tenendum:eos a bono conditore bonos fuiſſe conditos:& ſpōte ſua a bono defeciſſe: atqꝫ ad malum eſſe prolapſos. vt em̄ ait diuus Dionyſius quarta parte quarti cap. de dinis nominibus. Neqꝫ proprium ignis eſt refrigerare: neqꝫ boni nō bōa producere. & ſic quę ſubſiſtũt omnia ex bono ſunt. Natura enim boni eſt producere atqꝫ ſeruare mali autem corrumpere ac perdere. Et dn̄s noſter lucę. x. vidi Sathanam tanq̄ fulgur de cœlo cadentem. Eſaias item cap. 14. Quomodo cecidiſti Lucifer: q mane oriebaris: Neqꝫ huic obuiat id domini noſtri dictum Ioānis cap. viij. de diabolo. Ille homicida erat ab initio:& in veritate non ſtetit: quia veritas nō eſt in eo. Cũ loquitur mendacium. ex ꝓprijs loquitur quia mendax eſt & pater eius: vtpote mē dacij. Siquidem homicida erat: quia ſeipſum æterna morte proſtrauit & primis parentibus noſtris ſpiritalem ademit vitam. quippe homo per malitiā occidit animam ſuam. homicida inquā erat: nō quidem in initio ſuę conditionis: ſed ab initio & continuo poſt initium. quia inter creationem eius & lapſum exiguũ fuit morę interuallum. Secũdum eādem ſententiam accipiendum eſt illud Ioānis tertio dictum: Qui facit peccatũ ex diabolo eſt: quia ab initio diabolus peccat. id eſt: haud longo poſt initiũ interuallo: ſiue ab initio peccati: vt exponit Auguſtinus. quia peccatũ ab eo cœpit & ipſe initiũ peccati eſt. Non tamen arbitrandum eſt aliquem nouem ordinum angeloꝝ omnino cecidiſſe. vt nulli illius ordinis in ſua integritate ꝑmāſerint. Nam id ſummę pulchritudini & ordinationi cęleſtis curiæ derogaret & deeſſet integra Angelorũ cōcio ad ꝑfectionē cęleſtis decoris pertinēs. Vniuerſa autem ipſorum nomina vt diuus Antonius ſcribit, indita ſunt eis ſiue maſculi ſiue fœminę ob diuerſitates opationis eorum & iuxta principatũ ipſorũ quia ex vno ſcilicet deo ſunt omnes: propterea (infit) quicũqꝫ in ꝓximũ peccauerit in ſemetipſo delinqt. Qui & malefecerit ꝓximo ſemetipm̄ efficit malũ. Itidem qui bn̄fecerit ꝓximo ſibimet hoc facit. habet tamen vt Origenes ſentit picu lum dilectio ſi modũ tranſeat. Debet em̄ (infit) qui aliquem diligit naturas:& cauſas conſiderare dilecti & non eũ plus diligere q̄ meretur. Nam ſi menſurā charitatis: moduqꝫ tranſcenderit:& qui diligit: & qui diligitur in peccato erunt. Ioannem populus mirabatur:& diligebat eũ. Et reuera erat dignus miraculo: vt plus ei q̄ cęteris hominibus deferretur: quia aliter q̄ cuncti mortales vixerat. Diligebāt quidem eũ iuſtiſſime: ſed non ſeruabant in charitate modum. Cogitabant enim ne forte ipe eſſet Chriſtus quā inordinatam & irrationabilem charitatem cauens apoſtolus paulus de ſemetipſo loquebat. Timeo autem ne quis de me cogitet ſuper id qđ videt in me: aut au-

Qꝫ nullꝰ angelorũ ordo integre cecidit: ſed de vnoquoqꝫ aliqui.

Ex vno oĩa ſunt.

De dilectione ꝓximi ſecũdũ diuũ Antoniũ

Origenes in homilia. xxv. in lucam

Modus ĩ diligẽdo proximũ

dit ex me:& ne magnitudo reuelationum extollat me:&c. Quod metuens ne etiam ipſe incurrat:nolebat omnia de ſe indicare quæ norat nequis de eo plus arbitretur eſſe q̃ cerneret & menſuram honoris excedens:diceret q̃d dictum fuerat de Ioanne:quia ipſe eſſet Chriſtus. Q̃d quidē nonnulli etiã de Doſitheo Samaritanorũ heresiarcha dixerunt: alij vero de Iuda Galileo: vnde oportet dilectioni frena imponere vnde dicere debemus. Ne diligas hominē ex tota anima tua de tota virtute:ſed preceptũ iuxta eloquiũ Saluatoris ſoli ſerua deo. Diliges enī (inquit) dominũ deum tuũ ex toto corde tuo:& ex tota anima tua,& ex tota virtute tua:& proximũ tuũ tanq̃ te ipſum. Sed diceret forſitan aliquis volo diligere Chriſtum:quomodo eum diligam. vis ſcire (inquit Origenes) qua charitate Chriſtus diligendus ſit:breuiter auſculta. Diliges dominũ deum tuũ in Chriſto:dilige patrem in filio:filium in patre: ex toto corde, & ex tota anima, & ex tota virtute. Q̃ ſi aliq̃s ſciſcitetur:& dicat:hoc quod aſſeris de ſcripturis proba:audiat apoſtolum Paulum qui habebat rationabilem charitatem:loquentē:Certus enim ſum:quia neq; mors:neq; vita: neq; angeli:neq; poteſtates: nec præſentia: nec futura:nec fortitudo:nec altitudo:nec profundũ:nec alia creatura poterit nos ſeparare a charitate dei:quę eſt in Chriſto Ieſu domino ſaluatore noſtro. Chriſtus eſt deus & qui adorant eum in ſpiritu & veritate oportet adorare. Deus quoq; noſter:ignis conſumens eſt.ideo clamat diuus Antonius. Extollite manus cordis veſtri ad eum vt donet vobis illum inuiſibilē & magnũ ignem qui deſcendens celitus comedat altare. dupliciter enī appellatur deus:& ſpiritus & ignis peccatoribus. Sed dum & angeli ſpiritus ignisq; dicuntur:qui facit (inquit) angelos ſuos ſpiritus & miniſtros ſuos ignē vrentē:angeli ſancti (infit Origenes) quibusq; ſũt ſpiritus:iis vero qui merent:adducũt ignem & feruorē ſubminiſtrant. Iuxta quem ſenſum (inquit) & deus noſter:atq; ſaluator cum ſit ſpiritus:ignem venit mittere ſuper terram. Si enim conuerſus fueris ad dominũ qui eſt ſpiritus Chriſtus tibi ſpiritus erit:& non venit ignem mittere ſuper terram. Q̃ ſi non conuerteris ad eum: ſed habes terram & fructum eius:ignem venit mittere ſuper terram tuam. Huic quid ſimile etiam de deo ſcriptum eſt. Ignis accenſus eſt furoris eius:non vſq; ad cœlum ſurſum ſed vſq; ad infernum deorſum: & deuorabit non cœlum:ſed terram & germina eius. Si ſanctus fueris ſpiritu ſancto baptiſaberis. ſi peccator in ignem mergeris: & vnũ atq; idem baptiſma indignis: & peccatoribus in condemnationem igneq; vertetur:his vero qui ſancti ſunt & tota fide ad dominũ conuertũtur:ſpirituſſancti gratia ſalusq; tribuēda eſt,propter quod ſcire

De Doſitheo hereſiarcha.

De Iuda galileo.

De dilectiōe dei.

Qualis debeat eē dilectio i nobis ad Chriſtũ.

Deus dr̃ ignis & ſpũs.

Origenes in homilia. xxvj. in Lucã.

vos volo inquit Antonius. Quare cum nouerit diabolus per ſuperbiã & inanẽ gloriam cęlitus fuiſſe ſe deiectũ: Ideo & illi eos qui peruenerint in magna menſura aggrediũtur. In primis artifices exiſtentes per ſuperbiam & inanem gloriam vt ſunt aduerſum ſe alterutrum: ſcientes quod per iſta ſegregent vos a deo. Et quia nouerunt quod qui dilexerint proximũ diligant deum. Ideo & illi cum ſint virtutis inimici proprium ſeminant fomitem: ſimulationem in corde noſtro: vt poſſideamus inimicitiam magnam aduerſus alterutrum. Ne vel de longe proximo colloquamur in totũ propterea inquit pſalmiſta. Increpaſti ſuperbos maledicti qui declinãt a mandatis tuis. Cũ enim dominus Ieſus per obedientiam genus humanum redemerit: iuſtitiam reformauerit: Serpens autem per inobedientiam peccatum introduxerit: quid vitij habeat ſupbia: hinc ęſtimare poſſumus cuius auctor diabolus eſt: quem induxit propheta dicentem: ponam thronũ meum ſuper nubes: & ero ſimilis altiſſimo. Itaque cũ ſit nequiſſimus, vt honorem non dederit domino deo noſtro: peiores tamẽ diſcipulos erudiuit. vnde Ambroſius. ille enim ſe ſic exaltauit vt vellet ęquari & ſimilis eſſe altiſſimo. Itaque tanto volens crimine vindicare humanũ genus: introduxit phariſeũ & publicanũ: in templo orantes: aiebat phariſeus gratias agẽs deo: quod nõ eſſet raptor: adulter, iniuſtus. Quare noxie ei luctatus eſt ſerpens: & grauibus eũ ſpiris ligauit? Superiorẽ fecit vt de altiore deijceret. Inferiorem ſe prębuit vt ſublimiorem caſu grauiore proſterneret. Mala ruina eſt arrogãtię ſuperiores obruit. Mala hæc lucta ſerpentis. qua ſe in plurimos torquet anfractus. inflare volebat & Paulum: Quem Paulum? illum vtique apoſtolum nõ ab hominibus neque per hominem: ſed per Ieſum Chriſtũ. Et pene deceperat: ita vt ſtimulum carnis ſuæ qui ſe humiliabat: rogaret auferri: ſed bonus dominus qui Paulum infirmitatibus vellet facere fortiorẽ: adhibuit ei angelũ Sathanę: vt ſuis diabolus artibus vincere ſuetus vinceretur. Non mentiebatur (infit) Ambroſius phariſeus: imo etiã vera dicebat: Sed omnis qui ſe exaltat: etiã ſi vera dicat offendit. Denique probabilior phariſeus ingreſſus eſt templum quam publicanus: & condẽnatus exiuit. O quantum crimen ſuperbię: vt etiam adulteria preferantur? Denique dñs qui alijs donat: ſuperbis reſiſtit: & tanquam congreditur his qui ſe exaltent: ſibique hoc certamen vendicat: & qui alijs cõpatitur arrogãtes increpat: quia nihil grauius quam vt fratres noſtros pauperes: ſuperbo oculo deſpiciamus: conformes nobis intolerabili repellamus faſtidio: noſtra indignos gratia iudicãtes: quia ſunt inopes: cum paupertas ſit deo quam Theſaurus acceptior. Quod enim in hoc mũdo cõtẽptui: hoc precioſum eſt apud deũ. Denique humilitas

Diaboli aſtutia.
Pſalmo cxviij.
Eſa. xiiij.
Diuus Ambroſius in expoſitione Pſalmi cxviij.
De phariſeo & publicano.
Nota de Paulo quõ tentatus a Sathana fuit
Nullo mõ gloriãdũ niſi i dño.
Supbis reſiſtit de⁹.
De humilitate.

in hoc mūdo contemnitur:ſed dei iudicio comprobatur.Et ſi publi
canus ſe humiliauerit:exaltatur.Et vt inqͣt noſter Antonius quiſq
& eñ cognouerit dedecus ſuum hic demū requiret & electam gloriā
ſuam æternam vitam.quaſi prudentibus loquor.Quare Salomō in
cantico canticorum ad animā quaſi ad mulierem ſub cōminatiōe lo Cognitio
quens dicit.Niſi cognoueris temetipſam:o pulchra inter mulieres: ſui.
Admonetur anima ex Salomōis ꝑcepto vt noſcat ſemetipſam:vt
impleat chilonis oraculū.Noſce te ipſum.Marcus Tullius in prima Apollinis
Thuſculana præceptum inquit Apollinis quo monet vt ſe quiſq pręceptū.
noſcat:non pręcipit vt membra noſtra:ſtaturam figurāq noſca-
m⁹:neq nos corpa ſum⁹:ſed cū dicit noſce:hoc dicit noſce aīm tuū:
Nā corpus quaſi vas ē animi aut aliqđ receptaculū.Ab aīo tuo qc
quid agitur id agitur a te.Plato in Charmide præceptum hoc interp
tatur noſce teipſum:id eſt temperate viue tanq̄ ſeipſum cognoſcere Plato.
temperantia quędā ſit.hęc igitur hactenus dicta ſint:vt vitę noſtræ
conditionem agnoſcentes malorum noſtrorum portiūcula quæ ad
animę ſanitatem deo ſic diſtribuēte contingit:patientius vt diuus
Antonius noſter docet feramus.Et epiſtolā hāc ad Arſenoitas hæ- Heſiodus
ſiodi poetę grauiſſimi verſu concludamus:plena malis tellus:plenę poeta.
ſunt ęquoris vndæ.A quibus fluctibus & vndis liberet nos domi-
nus noſter Ieſus Chriſtus:Cui eſt gloria & imperiū in ſecula ſeculo-
rum.Amen.

Oratio.Ad deum in honorem diui Antonij abbatis.

Deus qui humanum genus miro ſemp amore proſequeris:& be
nigno:ac ſalutari nunq̄ deſeris auxilio:pręſta queſumus vt qui bea
tum Antoniū abbatē tuū & doctrinę & ſplendore & miraculorū glo-
ria illuſtrare voluiſti:eūdē apud tuā clemētiā perpetuū ꝓ nobis inter
ceſſorem habere mereamur per dominū noſtrū Ieſum Chriſtum.

Epiſtola Tertia beati Antonii abbatis.

Scitis gratiā dñi noſtri Ieſu Chriſti:ꝙ pp
nos paup fact⁹ ē:cū diues eēt vt nos pau
pertate illius ditaremur:ſeruit⁹ aūt illi⁹ li
berauit nos:& infirmitas ei⁹ cōſtituit va-
lidos.Stultitia illi⁹ nos ſapiētes effecit.Si
tñ iterū p mortē ꝓpriā reſurrectionē faci-
at nſ̄am vt ī hac poſſim⁹ vocē magnā ele-
uare dicētes.Tāetſi nouimus ſecundum carnem:Sed crea-

tura eſt in Chriſto noua. Vere chariſſimi in domĩo dico vo
bisq̧ iuxta minutias verbi libertatis in qua cuncti liberi
ſumus effecti: alia habeo multa quæ dicam vobis: ſed non
eſt horum tempus dicẽdi modo: Saluto interim vos omnes
chariſſimi mei nati in domino: filii Iſraelitæ ſancti: ſecũdũ
veſtram ſenſualem extãtiã. Vere inquã decebat vobis quaſi
propinquantibus proprio conditori ad inquirendã ſalutem
animarũ veſtrarum per teſtamentariam legẽ: licet propter
multitudinem malitię & malignitatis diſtinctionẽ ac libi-
dinum voluntates refrixerit teſtamentaria illa lex: animęq̧
veſtræ ſenſus officio obierint. Et idcirco nequaq̃ potueritis
animaduertere ſenſualem & glorioſam eſſentiam propter
mortem qua corruerunt. Ideoq̧ ſcriptum eſt in ſcriptura di
uina quod ſicut in Adam omnes moriuntur: ita & in Chri-
ſto omnes viuificabuntur. Ego iſte eſt vita totius rationabi
lis naturæ createę in ipſo ſecũdum effigiẽ imaginis eius. Ip-
ſe etiam exiſtit ſenſus verus patris. Sed imago quidem ge-
nitoris inuerſabilis eſt quæ aſſumpta eſt: pręter illã vobis ac
cidit malitia. In qua & vniuerſi mortui ſumus: extra natu-
ram: Si quidem eſt ſubſtantiæ ſenſualis in deo: Ergo oĩbus
inquit extra naturã eſt acquiſiuim⁹ domũ tenebroſam ac p̃
liis plenam: Et in hoc teſtificamur vobis q̧ totius vigoris
ſciẽtia deficit a nobis. Ob quã etiam cauſam aſpiciens geni-
tor noſter deus: infirmitatem noſtram q̧ impoſſibiles ſim⁹
effecti geſtare veritatẽ ex quo huius rei gratia bonitate p̃-
pria venit viſitationem facere creaturarum ſuarum per mi
niſterium ſanctorũ. Obſecro vos vniuerſos in domino cha-
riſſimi vt intelligatis quæ ſcribo vobis. Quia non dilectio-
nem corporalem habeo in vos ſed charitatem ſpiritus: cul-
turę dei. Pręparate voſmetipſos ad cõditorem veſtrum ire:
Scindite corda veſtra & nõ veſtimenta veſtra. Et ſcitote: qd
poſſimus reſtituere domino pro cũctis donationibus quæ
dedit nobis: Cuiq̧ & vſq̧ & hic in iſta habitatiõe memoriã

noſtri facit propter immenſam bonitatem ſuam & infinitã dilectionem non faciens nobis ſecundũ peccata noſtra. Qui & ſolẽ vſq₃ fecit miniſtrare nobis in tenebroſa domo. Lunã quoq₃ ac ſydera cuncta iubens deſeruire vanitati periturę propter corporum conſtabilitionem. Aliaſq₃ virtutes multas nobis miniſtrare pręfecit. Quas neq₃ vidimus corporis oculo. Quid ergo dicemus? quaſi in aliquo boni fraudemur ab eo quod ipſe non fecerit nobis? Nunquid patriarchę non paſſi ſunt pro nobis: aut ſacerdotes non docuerunt nos? Nunquid ꝓphetę pro nobis mortui nõ ſunt? Aut apoſtoli perſecutionem non ſuſtinuerunt pro nobis? Nunquid filius dei dilectus non pro nobis omnibus mortuus eſt? Ob quæ vniuerſa debemus & ipſi properare ad pergendum in omni ſanctitate ad proprium conditorem: qui cernens creaturam non poſſe curare plagam: quæ facta fuerat Iudęis: propriis videlicet membris, pater ipſe craturarum ſciens infirmitatem ſenſus eorum motus eſt viſcerib⁹ circa eos & ſecundum multam dilectionem ſuam non pepercit vnigenito filio ſuo: ſed ob noſtram omnium ſalutem tradidit eũ: & propter noſtra peccata. Et iniquitates quidẽ noſtrę humiliauerũt eũ. Linore aũt eius nos omnes ſanati ſumus. Hic cõgregauit nos ex oĩbus regiõibus verbo virtutis ſuę: donec illã ſenſ⁹ nr̃i reſurrectionẽ effecerit: docẽs nos alterutrũ exiſtere mẽbra. docet idcirco vniuerſis nobis properãtibus ad proprium cõditorẽ exercere habitudines noſtras ac ſenſus officia ad angoſcẽdã dignitatẽ: boni maliq₃ diſcrimẽ: vt ſciatis omẽs illas Ieſu diſpenſatiões: quas i ꝓprio dedit affectu: ſimilis nobis factus per omnia excepto peccato. propter vero multam malitiã noſtrã diſtrictionẽq₃ malitię & grauedinẽ incõſtantię noſtrę factus eſt aduẽtus ei⁹ qbuſdã qdẽ ſtultitia: aliis vero ſcandalũ: alteri parti emolumẽtũ: itẽq₃ alii ſapiẽtia & virt⁹: porro alii reſurrectio & vita. Hoc quoq₃ manifeſtũ ſit vobis ꝙ aduẽtus illi⁹ factus ſit omni mũdo iudi-

cium. Ecce enim ait: veniunt dies dicit dñs: & omnes ſciunt
me a minimo vſq; ad maximũ eorum & auditum faciã vſq;
ad extremũ terrę vt omne os obſtruatur. et ſubdit⁹ fiat om-
nis mundus deo. Quia cum cognouiſſent deum nõ vt crea
torem proprium glorificauerunt. Et id ꝓpter vecordiã ſuã
per quam nec potuerunt capere ſapientiam eius. Sed vnuſ-
quiſq; noſtrum vẽdidit ſemetipſum propriis voluptatibus
in mala & ipſis ſeruus addictus eſt. Ob quę ipſe Ieſus exina-
niuit ſemetipſum a gloria: formam ſerui accipiens: vt illius
ſeruitus nos liberaret: ſtulti fuimus & in ſtultitia noſtra
facinus geſſimus. Aſſumpſit ille habitus ſtultitię: vt nos fa
ceret ſapientes: inopes eramus: & in paupertate noſtra om-
nis defecerat vigor a nobis. Item ille ob hæc adſumpſit ino
pię formam vt paupertate ſua nos in omni ſapientia & intel
lectu ditaret. Non ſolum autem hęc ſed inſuper & infirmita
tis noſtræ figurã aſſumpſit vt propria infirmitate nos robu
ſtos efficeret: obediens factus patri in omnibus vſq; ad mor
tem, mortem autem crucis: vt in ſua morte & humilitate:
illam cunctorum reſurrectionem efficeret: eũq; deſtrueret
qui mortis habebat imperium. hoc eſt diabolum. Igitur ſi ꝓ
certo liberabimus noſmetipſos in eius aduentum: profecto
inueniemur diſcipuli Ieſu: & diuinę hęreditatis ĩſtituemur
hęredes. Chariſſimi in dño turbor vehementer & moueor
in ſpiritu meo: ꝙ nominibus amicti ſumus: & cunctorum
ſchemata baiulamus in conſpectu infidelium gloriãtes. Sed
metuo ne illud Pauli oraculũ impleatur in nobis. Quo ait
habentes formam pietatis virtutem autem eius negantes:
De charitate vero quam habeo in vos oro pro vobis ad deũ
vt conſideretis vitam veſtram & hęreditate capiatis ea quę
non videntur. Nam verũ filioli eſt: ꝙ etiam ſi demus noſip-
ſos ex tota virtute inquirere deum: nec ſic quidem condi-
gna gratia erit. Id enim inquirimus: qđ noſtrum exiſtit &
quod naturale eſt ſubſtantiæ noſtrę. Vere etiam chariſſimi

in domino qui in omni ſanctitate paraſtis voſmetipſos offer
re hoſtiã deo:quia nihil de iis quæ expediebant celabimus
vobis:ſed perſpicua facientes teſtificabimus ea: ꝙ aduer-
ſarii virtutis ſubripiunt veritati:hoc quoqꝫ cognoſcite ſci-
entes:ꝙ hic qui ſecũdum carnem eſt: ſemper inſectetur eũ
qui ſecundum ſpiritum. & ꝙ omnis qui voluerit pie vi-
uere in Chriſto perſecutionem patitur.Propter quod Ieſus
cognoſcens tribulationes omnes ac temptamenta veniens
in mundo ad apoſtolos & ſciens ꝙ per patientiam ſuam re-
ſolueret vniuerſam inimici virtutem .i. idololatriã:conſo-
labatur dicens:vos tribulationem habebitis in mundo: ſed
conſtantes eſtote quia ego vici mundum. Docebatqꝫ eos di
cens:nolite timere mundum quia omnes afflictiones mun-
di cõdignę non ſunt ad eam quæ expectatur gloriam. Nam
ſi eos qui ante vos fuerunt prophetas inſecuti ſunt: & vos
perſequentur: & ſi me oderũt & vos oderint:Sed confiden-
tes eſtote quia veſtra ſapientia ſoluetis omnem inimici vir-
tutem. De minutia vero verbi libertatis in qua liberati ſu-
mus habeo alia multa dicere vobis:ſed ſi dedero occaſio-
nem ſapienti ſapientior erit. Opus tamen habemus conſola
ri inuicem exiguis quibuſqꝫ ſermonibus. Quod ſi vere per
ſpexerit mens iam nequaquam egebit loquellæ corporalis
mendacio. Gaudeo autem in omnibus vobis dilecti in do-
mino viri Iſraelitę ſancti ſecundum propriam ſenſualem ex
tantiam. Quia primum quidem decebat rationabilem vi-
rum cognoſcere ſemetipſum: deinde vt cognoſcat ea quæ
ſunt dei & vniuerſas ipſius gratias:quaſcunqꝫ ſemper cum
eo facit. Ac deinceps nouerit: ꝙ omne peccatum & to-
tum quicquid querulosum exiſtit extra naturam eſt ſen-
ſualis extantię. Deniqꝫ videns conditor noſter nos hæc ex-
tra naturam poſſidere arbitrio liberali in quo hic morie-
bamur:horum cauſa viſceribus pro nobis motus propria
bonitate voluit conuertere nos ad illud ſine fine prin-

cipium, viſitationem fecit creaturarum non parcens ſibi= metipſi ob noſtram vniuerſorum ſalutem. Tradidit quippe ſe pro peccatis noſtris: & iniquitates quidem noſtræ humi= liauerunt eum. Sed liuore eius nos omnes ſanati ſumus ver bo etiam virtutis ſuæ congregauit nos ex omnibus regio= nibus ad extremum terræ vſq; ad vltimũ orbis. Docens ꝙ eſſemus alterutrum membra. Quamobrem ſi pro certo pa= rauimus noſmetipſos liberos facere in eius aduentu: ſcru= tetur ſemetipſum rationabilis homo quidnam poſſit retri= buere deo: pro cũctis donis quæ fecit in nobis. Vnde & ego quoq; deterrimus qui hanc deſcripſi epiſtolam, expergefa= ctus a dormitione mortis plurimũ illud temporis: qđ mihi fuit ſupra terram factum exiſtimo luctum & fletum. Lugẽs quidnam poſſum retribuere domino pro omnibus quæ fe= cit mihi. in nullo enim fruſtrati ſumus eorum quæ nõ perfe cerit nobis in humilitate noſtra. Angelos etenim ſuos nobis miniſtrare fecit: prophetaſq; proprios vaticinari præcepit. Apoſtolos etiam ſuos nobis euangelizare iuſſit. Inſuper ve= ro illud omnium inſigne eſt perceptorum: ꝙ vnigenitum ſuum formam ſerui fecit aſſumere pro nobis. Obſecro itaq; chariſſimi in domino vos qui ſanctorum exiſtitis cohęredes vt excitare velitis proprias mentes in timore dei. Sermo eñ vobis iſte ſit manifeſtus ꝙ Ioannes quidem præcurſor Ieſu baptiſauerit in remiſſionem peccatorum propter nos: ſpiri tu autem ſanctificati fuerimus in Chriſto. præparemus noſipſos nunc in omni ſanctitate ad purgandam ſenſualem mentem noſtram vt ſimus mundi in baptiſmate Ieſu ad of= ferendum noſmetipſos hoſtiam deo. hic vero paraclitus ſpi ritus qui conſolatur nos: conuertit rurſus ad principium noſtrũ ad recuperandas hæreditates proprias, & magiſte= ria eiuſdem ſpiritus: cõſolantis. Huius rei gratia quotquot in Chriſto baptizati ſunt: Chriſtũ induti ſunt. Nec eſt maſ culus aut fœmina. Non eſt ſeruus aut liber. Omnis etiã lin=

gua corporum deſtruitur apud illos. Accipientibus eis doctrinam ſancti ſpiritus in tempore quo ſumēt hęreditatem ſanctam: & adorabunt patrem ſicut oportet in ſpiritu & veritate. Manifeſt⁹ ſiquidem ſit vobis ſermo iſte ne expectare velitis iudicium futurū in illa pręſentia Ieſu. Iam & enī aduentus illius omnibus nobis iudiciū exiſtit. Scitote etiam ꝙ omnes in ſe geſtantes ſpiritum: recipiantur & veſtiantur veſtimento illo: quo ſumus exuti iuxta ſenſualē noſtram extantiam. Nam & ſæpe fit vox veniens ſemper a deo patre ad omnes illos qui in ſe ipſum gerunt: dicens eis. Conſolamini cōſolamini pp'lm meū dicit dn̄s & ſacerdotes loquimini in corde Hierusalem: Deus quippe viſitationem continuo fecit creaturarum ſuarum. Manifeſtans propriam bonitatem Et vere chariſſimi ſecundum minutias verbi libertatis in qua liberati ſumus ſunt & alia ꝗplurima quæ dicantur vobis. Sed ſi dedero occaſionem ſapienti ſapientior erit. deus autem pacis det vobis gratiam diſcretionis vt cognoſcatis quęcunqꝫ ſcribo vobis. quod mandatum ſit domini. Cuſtodiat vos idem totius gratiæ deus ſanctos in domino vſqꝫ ad nouiſſimum flamen. Oro autem deum ſemper pro omniū veſtrū ſalute in domino dilectiſſimi. Gratia domini noſtri Ieſu Chriſti cum omnibus vobis. Amen.

¶ Orario ad deum in honorem diui Antonij.

¶ Altiſſimus creator princeps optimus maximus & ſemper viuēs Rex omnipotens: & metuendus nimis: ſedens ſuper thronū & dominans deus: qui & initio condidit: & perpetua mūdum ratione gubernat: pater & fili⁹ & ſpiritus ſanctus: Indiuiſa trinitas: vnus deus: quiqꝫ beatū Antonium in toto terrarum orbe nominari fecit & eundē miraculorum gloria illuſtrare voluit: ille inceptis noſtris ac votis aſpiret. Supplices igitur deprecemur: vt ſit auxilium noſtrum a domino beatiſſimi Antonij eius confeſſoris intercedentibus meritis & ab omni hęreſi atqꝫ idololatrię ſeruitute aliiſqꝫ diris facinorib⁹ expiatos efficiat Per dominum noſtrum.

Symphoriani Champerii Expoſitio.

Commentarium Champerianum in tertiam diui Patris Antonij Epiſtolam.

In ſuperioribus epiſtolis a diuo patre Antonio declaratus eſt multiplex morbus humani generis: quem incidit ex ſeductione diaboli & præuaricatiōe primorū parentū: In hac vero tertia affert ſalutarem medicinā exhibitam a deo tam pernicioſo & late ſerpenti morbo: per incarnationis myſteriū: & paſſionis Chriſti acerbitatē. Et non per angelū angelis neq̧ per angelū hoībus: ſed per hominem hoībus: & angelis: non in fantaſia: ſed in ipſa vera humanitate quā totā ſibi in vnitatem ſubſtantię ſuſcepit: apparuit ſuiq̧ cognitionē: oībus recipientibus ſe pſtitit. Lux itaq̧ hominū eſt dn̄s noſter Ieſus Chriſtus qui in hūana natura omni rationali: & intellectuali creaturę ſeipſum manifeſtauit ſuęq̧ diuinitatis qua patri eſt æqualis abdita reſerauit myſteria. Et lux in tenebris lucet. Audi apoſtolū fuiſtis aliquando tenebrę nūc aūt lux in dn̄o. Audi Eſaiā.
Eſaias. ſedentibus in regione vmbrę mortis lux orta eſt eis. Lux in tenebris lucet. Totū gen⁹ humanū merito originalis peccati in tenebris erat Et vt Origenes ſcribit. Nō exteriorū oculorum quibus ſenſibilium
Origenes homilia. ij. in diuerſos. formæ: coloreſq̧ ſciūtur: ſed interiorum quibus intelligibilium ſpecies: & pulchritudines diſcernuntur. Non in tenebris huius caliginoſi aeris: ſed in tenebris ignorātię veritatis. Non in abſentia lucis quę mundū corporeum illuminat: poſt cuius ortū ex virgine lux in tenebris lucet in cordibus: ſcilicet ſe cognoſcentium. Quoniā vero totū genus humanum in duas veluti partes diuiditur in eos videlicet quorum corda cognitione veritatis illuminata ſunt: & in eos qui adhuc
Due mūdi partes. Iohan. j. in obſcuriſſimis impietatis atq̧ perfidiæ tenebris permanent. Et iō Ioannes ſubiunxit. Et tenebrę eā non cōphenderunt. Ac ſi euidēter diceret lux in tenebris fideliū animarū lucet. Et magis: ac magis lucet: a fide inchoans: a ſpe trahens: imperitorum vero cordiū perfidia & ignorantia lucem verbi dei in carne fulgentis non cōphenderunt. Obſcuratum eſt em̄ (vt ait apoſtolus) inſipiens cor eorū: & ſa-
Paulus. pientes ſe eſſe dicētes: ſtulti facti ſunt: Segregātur receptores incarnatiōis a reſpuētibus eā: fideles credūt aduentū verbi: & libēter recipiūt dn̄m ſuū: impij negāt & cōtumaciter renuūt: Iudęi per inuidiā
A nullo aufertur poſſibilitas credēdi. pagani p ignorātiā: Recipiētib⁹ ſe dedit poteſtatē filios dei fieri: nō recipiētibus: dat adhuc ſpatiū recipiēdi. A nullo em̄ auferť poſſibilitas credēdi dei filiū & poſſibilitas eſſendi dei filiū hoc em̄ i arbitrio hominis eſt: & coopatiōe grę cōſtitutū eſt. Quib⁹ dedit poteſtatē filios

dei fieri:Recipiētibus ſe videlicet:& credētibus in noīe eius.Multi re
cipiūt Chriſtū ſed nō credūt ī noīe eiꝰ vt ſūt arriani hęretici. nō eēm cre
dūt in noīe vnigeniti q filiū dei pr̄i cōſubſtātialē negāt. Ac p hoc nō
prodeſt eis Chriſtū recipe dū conant̄ eius veritatē negare. Qui vero
recipiūt xp̄m:verū deū:& verū hoīem:& hoc firmiſſime credūt:eis
poſſibilitas data eſt filios dei fieri:ſi filius dei factus eſt hō(qđ nemo
eorū q eū recipiūt ambigit)qđ mirū(inſit Origenes). Si hō credēs ī Origenes
filiū dei filiꝰ dei futurus ſit.ad hoc ſiqdē verbū in carnē deſcēdit vt ī in eodem
ip̄m caro(id eſt)hō credēs p carnē in verbū aſcēdat vt p naturalē filiū
vnigenitū multi filij efficiant̄ adoptiui.Nō eēm(inſit Origenes)pp ſe
ipſum verbū caro factū eſt:ſed pp nos q nō niſi p verbi carnē potuiſ
ſemus in dei filios trāſmutari. Solꝰ deſcēdit:vt cū multis aſcēderet.
de hoibus facit deos q fecit hoiem.Et habitauit ī nobis(id eſt)natu-
rā noſtrā poſſedit:vt ſuę naturę pticipes faceret nos.Et vt inqt diuꝰ
Antoniꝰ.Stultitia illiꝰ nos ſapiētes effecit.Nā vt apl'ꝰ ſcribit xp̄s nos Galath.
redemit de maledicto legis factꝰ p nobis maledictū:qa maledictꝰ oīs iij.
q pēdet ī ligno:pp qđ dicit. Aſcendēs ī altū captiuā duxit captiuita Pſal. 67.
tē dedit dona hoibus:Qđ aūt aſcēdit:qd eſt niſi qa & deſcēdit pri- Iohā.iij.
mū in inferiores partes terrę:Qui deſcēdit:ipſe eſt q aſcēdit ſup oēs Ad ga
cœlos vt impleret oīa.Iōq3(īſit Antonius) ſcriptū eſt ꝙ ſicut ī Adā lath.iiij.
oēs moriunt̄:ita & in Chriſto oēs viuificant̄.primus eēm homo de ter Diuus
ra terrenus:ſecundus homo de cœlo cęleſtis. Sicut ergo(inſit Orige Antoniꝰ
nes)portauimus imaginem terreni:portemus imaginē cęleſtis:Se- Origenes
cundū hunc ſenſum(inſit)intelligit̄ & illud:in iudicium ego veni in in homi-
mundum iſtum:vt qui non vident videant:& qui vident cęci fiant lia.xvj.in
Habemꝰ in nobis:omnes homines:& aſpectum:& cęcitatem.Adā lucam.
& videbat & non videbat. Aeua quoq3 anteq̄ aperirētur oculi eius vi
diſſe deſcribitur vidit(inquit Moyſes)mulier lignū:quia bonum ad
comedendum & optimum oculis ad videndū:& tollens de fructu li-
gni comedit & dedit viro ſuo & comederūt.Igitur non erant cęci ſed
videbāt:deinde ſeqtur & aperti ſunt oculi eorum.Ergo cęci fuerant:
nec videbant:quorum oculi poſtea ſunt aperti.Sed qui bene ante vi
derāt poſtq̄ dn̄i mādatū p̄tergreſſi ſunt:cœperūt videre male.& aſpe
ctū obediētię ſubripiēte delicto poſtea pdiderūt. Obquā cām(inſit
Antoniꝰ)aſpiciēs genitor nr̄ deꝰ īfirmitatē nr̄am qꝛ īpoſſibiles ſumꝰ Diuus.
effecti geſtare veritatē ex ęquo huiꝰ rei gr̄a bonitate ꝓpria venit viſita Antoniꝰ
tionē facere creaturarū ſuarū p miniſteriū ſanctorū:pinde deus nr̄æ
infirmitatis nō ignarꝰ voluit prius p prophetarū oracula:velamēta
figurarū & promiſſiones cęlitus factas p̄parari mentes humanas ad
expectationē tāti bn̄ficij:&.demū diſpoſitis hoibꝰ & lōge ante p̄mos-

nitis: hoc tantum munus cœlo demittere ab alto. ne repentina illa luce effulgente. deſuper obtunderentur oculi noſtri: & immenſitate claritatis diuinę eorum acies perſtringeretur. Nullo enim tempore poſt lapſum deſtituit deus hominem neceſſarijs ad ſalutem remedijs: ſed diuerſis temporibus diuerſa conſtituit pro ſuæ immenſę ſapientiæ ratione. In eo ſi quidem fine & termino: deus humanam aſſumpſit carnem ad redemptionem noſtram: oſtenditq; circa ipſum hominem: ſuæ miſericordiæ incomprȩhenſibilem magnitudinem: quando ipſe rerum omniũ creator & gubernator pro reparando homine ſuſcepit noſtram ſubſtantiam: & factus eſt præceptor noſter: non modo verbo ſed & opere. Cœpit enim Ieſus facere & docere: cũ vitam duxit in terris eximia virtutum omniũ exempla eminentiſſime complectentem. Per eũdem inutile vas & confractum humanæ maſſę: ſolidatum eſt & innouatum: redintegrata natura noſtra & reparata. Ignis per eum in terram miſſus & ſuccenſus: quo excoctum eſt in nobis quicquid prius erat terrenũ & imbecille & cœleſtis virtus animis noſtris indita. Liuore autem eius nos omnes ſanati ſumus qui omnes homines vult ſaluos fieri: & ad agnitionem veritatis venire. Vnus eñ deus & vnus eſt mediator dei & hominũ homo Chriſtus Ieſus: qui dedit redemptionem ſemetipſum pro omnibus. Ob quam cauſam dixit diuus Antonius. Quibuſdam quidem ſtultitia: Alijs vero ſcandalum: Alteri parti æmulatio eſt. Itemq; alij ſapientia & virtus: porro alij reſurrectio & vita. Et Apoſtolus Paulus: verbum enim crucis: pereuntibus quidem ſtultitia eſt: his autem qui ſalui fiunt: id eſt nobis dei virtus eſt. Nonne ſtultam fecit deus ſapiẽtiam huius mundi? Nam quia in dei ſapientia non cognouit mũdus per ſapientiam deum: placuit per ſtultitiam prædicationis ſaluos facere credentes. quoniam & Iudæi ſigna petunt: & græci ſapientiam quȩrunt. Nos autem prædicamus Chriſtum crucifixum: Iudęis quidem ſcandalum: gentibus autem ſtultitiam. hoc quoq; (inſit Antonius) manifeſtum ſit vobis: ꝙ aduentus eius factus eſt omni mundo iudiciũ: Ecce enim ait: veniũt dies dicit dominus: & omnes ſciẽt me a minimo vſq; ad maximũ eorum & auditũ faciam vſq; ad extremũ terræ: vt omne os obſtruaẽ & ſubditus fiat omnis mundus deo. Quia cum cognouiſſent deum non vt creatorem proprium glorificauerunt. Ea propter vecordiam ſuam: per quam nec potuerunt capere: ſapiẽtiam eius. Sed vnuſquiſq; noſtrum vẽdidit ſemetipſum proprijs voluptatib⁹ in mala: & ipſis ſeru⁹ addictus eſt. Ob quę ipſe Ieſus exinaniuit ſemetipſum a gloria formam ſerui accipiens vt illius ſeruitus nos liberaret. Sed quomodo in ſimilitudinem hominũ

De incarnatione verbi.

Actu. i.

i. Timo. i.

i. Cori. i.

Diui Antonij verba.

Fere eadẽ verba habentur ad Philippẽſes.

factus eſt:qui vere homo factus omnẽ aliam etiam ſecundum natu=ram: excedit hominũ veritatem? Quomodo figura inuentus vt ho=mo: cuius Adam & cæteri homines non ſunt niſi typus & figura? Duas in ſe naturas Chriſtus veriſſime habet diuinam & humanam: diuina forma dei: humana forma hominũ: diuina veritas eſt:huma na diuinę imago & ſimilitudo, diuina, archetypus & exemplar: hu=mana figura. & humanam formam diuinæ eſſe imaginem & ſimilitu dinem: quid aliud diuinũ teſtatur eloquiũ cum deum inducit loquen tem ac dicentem: Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinẽ noſtram? In Chriſto non eſt nuda figura vt in nobis: ſed ſimilitudo vera & exemplaris figura: immo quæ eſt veritas & archetypus. Nam Chriſtus homo vere deus eſt. Et nunc ad gloriam: æterni patris om=nis lingua confiteatur: ꝙ Ieſus Chriſtus dominus & deus eſt. neqꝫ enim dei patris gloria eſſet: filium habere qui deus non eſſet. Cum Chriſtus dominus in hunc mundum venit: non quæ ſua ſunt conſi derauit: quæqꝫ aliorũ: & quæ noſtra futura erant bona. Et qui natura dominus erat omniũ: venit non dominari: ſed ſeruire: natura ſeruis: Filius (inquit) hominis non venit miniſtrari ſed miniſtrare. O natu ra ſerui, duriores ſaxis, aſpide ſurdiores, cęciores tenebris: qui neſci tis vos ob humilitatem & tantam cordium liquefactricem humilita tem domini & dei veſtri: humiliari omnibus humilibus: hanc exalta tionem ſua humilitate comparauit: vt humiles omnes exaltentur: & nominentur ſuper omnia alia nomina in illo diuinæ humilitatis no mine ſuper omnia exaltato: qđ eſt ſuperdulce & ſuperbenedictum nomen Ieſus: qđ cœli venerantur: terra colit: inferi tremiſcunt: cui incuruant omnia venerationis & obedientię genua: & nihil eſt qđ hu militati reſiſtere poſſit: vt quæ eodem throno cum ſumma maieſtate reſidet. Gaudeo autem (infit Antonius) in omnibus vobis dilecti in domino viri Iſraelitæ ſancti. ſecundum propriam ſenſualem extan=tiam id eſt animam. Quia primũ quidem decebat rationabilem vi=rum cognoſcere ſemetipſum ſecundum ſenſualem extantiam quæ homo interior ab eccleſiaſticis ſcriptoribus nuncupatur. Agnitio=nem ſui capere ſi itelligit quid ſit: & qualiter moueatur: id eſt quid eſt ſubſtantia ipſius animæ: quid in affectibus habeat vtrum ſit ſpiri=tus vt Hippocrates credidit. An ſanguis vt Zeno: vtrũ aer vt Ana ximenes. An ignis vt Hipparchus. An entelechia vt Ariſtoteles. An eſſentia id eſt ſeipſum mouens vt Plato. vtrum facta ſit: an om=nino a nullo ſit facta: et ſi facta quomodo facta vtrum per traducem ſeminis corporalis vt origo eius pariter cum origine corporis tradu catur: qđ ſentit Tertullianus: & idem ſenſiſſe Lactantium autumat

Chriſtus non q̃ ſua ſunt cõſi=derauit.

Diui Antonij ver=ba.

Hippo=crates.
Zeno.
Hippar.
Ariſtote.
Plato.
Tertullia nus.

Ruffinus. An perfecta extrinſecus veniens parato iam & formatō
intra vterum genitalem corpori induatur. Et vtrum nuper creata ve
niat in corpus. An prius & olim facta ob aliquam cauſam ad corpus
ſumendū venire exiſtimetur: qđ credidit Origenes. Et vt inquit Lu=
cretius Ignorat̃ adhuc q̄ ſit natura animę. Et vt auctor eſt Lactātius
nondū inter philoſophos conuenit quid ſit anima nec vnq̄ fortaſſe
conueniet. Nos autem cū beato Ambroſio tenemus ꝙ anima ratio
nalis diuinus eſt ſpiritus ſicut ait ſcriptura: quia inſufflauit in faciem
eius ſpiritum vitæ. Eſſe autem in ea nutrimentū quoddā vitale quo
hoc corpus animatur: eſſe etiam delectabile illarum (inquit) & vitalis
& delectabilis: animę partiū ſubſtantia: ſanguis appellatur a quibuſ
dam. Licet etiam ſcriptura dixerit. Anima totius carnis ſanguis eſt.
Proprie igitur animā carnis ſanguinem appellauit. In carne enim de
lectatio, & paſſio eſt: nō mens & ratiocinatio. Tamen ſi diligenter in=
tendas: hic locus illum explanat. Cum enim hoc loco animā ſangui
nem dixerit: vtiq; ſignificauit aliud eſſe animā: aliud ſanguinem: vt
ſit animæ ſubſtantia ſpiritus vitalis: ſcilicet ipſum ſpiritū vitalē non
per ſe tantū & ſine ſanguine vſum afferre viuendi: ſed cōmiſceri ſan=
guini: quia ſunt quę vocantur arterię velut receptacula ſpiritus. Ani
ma igit. vt Ioanni Damaſceno placet: eſt ſubſtantia viuens ſimplex
& incorporea & corporeis oculis ſecūdū propriam ſui naturam: in=
uiſibilis, immortalis, rationalis, intellectualis, infigurabilis, organi=
co vtens corpore: illi vitam, augmentationē, ſenſum, & generationē
tribuens volūtate prædita, & operationis efficax, vertibilis id eſt mu
tabilis voluntate: quia creata eſt. hæc omnia ſecūdū naturā ex eius q̄
illam condidit gratia, adepta, ex qua & eſſe, & natura ita eſſe ſuſcepit.
Simul autem cum corpore, anima plaſmata eſt: non hæc prius: illud
poſterius. Iuxta Origenis deliramenta decebat igitur inquit Anto=
nius rationabilem virum cognoſcere ſemetipſum: deinde vt cogno
ſcat ea quę ſunt dei: dilectus a patre filius immerito nos dilexit: vltro
viſitationis ſuæ: nobis beneficiū largitus eſt: vltro ſanauit: vltro cu=
rauit: vltro libertate donauit. Et vt inquit diuinus Cyprianus. Etiā
ingratos proſequitur hic amor & reuocat: neq; tūc odit cū corripit &
flagellat. vſq; ad mortem Chriſtum duxit dilectio: & reſurgēs a mor
tuis charos habet quibus tantę charitatis affectū oſtendit. Dicamus
igitur deo noſtro: præcipis mihi domine deus vt diligam te hic &
poſſum & debeo: & totum me & interius & exterius: tibi eſſe iubes ob
noxium: & de proximo iubes vt ad meam eum menſuram: com=
plectar. Gratias ago tibi clementiſſime deus: quia qđ quæris a me
prius ipſe donaſti: & quomō tu memet dilexeris ſi linguis hominū &

Ruffinus
Origenes
Diu⁹ Ambroſius i libro de Noe & arca cap. xxv.
Gen. 2. b.
Leui. 17.
Damaſcenus lib. ij. cap. xij.
Diu⁹ Antonius.
Cyprian⁹ in lib. de baptiſmo
Gratiarū actio.

angelorum loquar: nec digne poſſim eloqui: nec vniuerſa complecti quæ mihi gratiæ tuæ contulit amplitudo. Iuſtum eſt domine vt diligamus te: quia & ipſe nos diligis: & iniquum omnino vt te in aliquo dilecti tui offendant. Vere hoc mandatum legē complectitur & prophetas: & in hoc verbo omniū ſcripturarum volumina coarctantur; hoc natura; hoc ratio: hoc domine verbi tui clamat auctoritas: hoc ex ore tuo audiuimus. hic inuenit conſummationem omnis religio: primum eſt hoc mandatum & vltimum. hoc in libro vitæ conſcriptum indeficientem & hominibus & angelis exhibet lectionem. Legat hic vnum verbum: in hoc mandato meditetur chriſtiana religio & inueniet ex hac ſcriptura omniū doctrinarum regulas emanaſſe: & hinc naſci & huc reuerti quicquid eccleſiaſtica continet diſciplina: & in omnibus irritum eſſe & friuolum quicquid dilectio non confirmat. Quare diuus Antonius inquit. Obſecro itaq; chariſſimi in domino vt qui ſanctorum exiſtitis cohæredes: excitare velitis proprias mentes in timore dei. Sermo enim vobis iſte ſit manifeſtus: ꝙ Ioannes quidem præcurſor Ieſu baptiſauerit in remiſſionem peccatorum propter vos p ſpiritū autem ſanctificati fuerimus in Chriſto. Ante igiť vnaquæq; anima vt diuus Ambroſius ſcribit quaſi ad baptiſmum Ioannis: vt præmittat pœnitentiam delictorum: & in proceſſu paulatim vbi peccata ſua defleuerit: ſpiritali abluta baptiſmate: Chriſti accipit ſacramentum. Et alibi dixit. Non aqua omnis ablutio eſt: ſed hæc inter ſe diuiſa eſſe non poſſunt. Et ideo aliud fuit baptiſma pœnitentiæ: aliud gratiæ. Iſtud ex vtroq;: illud ex vno. Nam cum communia delicta ſint mentis & corporis: purificatio quoq; debuit eſſe communis. Et bene ſanctus Ioannes ſe intellexiſſe ſignificans: quid in cordibus cogitarent: & quaſi non intellexerit: declinans maieſtatis inuidiam: non verbo: ſed opere declarauit non eſſe ſe Chriſtum. Opus enim hominis eſt gerere pœnitentiam delictorum: dei munus eſt gratiam implere miniſterij. Quare ſi qui in ſancta trinitate baptiſati non ſunt iure rebaptiſandi ſunt: vt fuerunt illi: de quibus in actis apoſtolorum. xix. cap. agitatur ſermo. Qui cum profiterentur ſe neq; ſi ſpirituſſanctus eſt audiuiſſe: ſed Ioannis baptiſmate ſe dūtaxat eſſe ablutos: iuſſi ſunt a Paulo baptiſari. Neq; ibi fuit baptiſmi iteratio: ſed veri baptiſmi prius non habiti collatio. Primum baptiſma vt diuus Damaſcenus ſcribit fuit diluuii in abſciſſionem peccati. Secundum qđ per mare & nubem. ſignū enim erat nubes: ſpiritus mare vero pferebat aquā. Tertiū qđ legale. omnis eñ imūdus abluebatur: aqua lauabat veſtimēta: et ſic igrediebať caſtra. Quartū Ioānis. Introductoriū exiſtēs

Ambroſius in expoſitione i pſalmū Cxviij. In expoſitione i Lucā. ca. iij.

Damaſcenus lib. 4 cap. x.

& ad pœnitẽtiam adducens baptiſatos vt in Chriſtum credãt. Ego enim (inquit) vos baptiſo in aqua. qui autẽ poſt me veniet: ipſe vos in ſpiritu ſancto baptiſabit & igni. Prępurificabat igitur Ioannes per aquam ad ſpiritũ. Quintum & veriſſimum eſt domini baptiſma. baptiſamur enim & nos profecto Chriſti baptiſmate: qđ eſt per aquam & ſpiritum. huius rei gratia infit Antonius quotquot in Chriſto baptiſati ſunt, Chriſtũ induti ſunt. nec eſt maſculus aut fœmina. Non eſt ſeruus aut liber. Omnis etiam lingua corporum deſtruitur apud illos. Accipientibus eis doctrinam ſancti ſpiritus in tempore quo ſument hęreditatem ſanctam & adorabunt patrem ſicut oportet in ſpiritu & veritate. Gratiæ igitur Chriſto regi glorię ſint: qui præſtat eſſe fideles ex morte. eum reuocans qui ad vitam cæteros conſolatur æternam. Amen.

Diui Antonij verba.

¶ Oratio ad deum in honorem diui Antonij.

¶ Omnipotens ſempiterne deus: qui ꝑ ineffabili dono pietatis glorioſum abbatem Antoniũ: & ſancti nominis pręconio & euangelicę doctrinę inſtitutione illuſtrare voluiſti: pręſta quęſumus: vt illius interuenientibus precibus & virtutem conſequi: & ſolutis corporum vinculis: ad ę ternę vitę gloriam peruenire mereamur. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum.

¶ Epiſtola Quarta ſancti Antonii abbatis.

CHariſſimis & honorabilibus in domino ſalutẽ. Vere dilectiſſimi in domino: quia non in vno tempore tãtum viſitationem facit deus creaturarum ſuarum: ſed a cõſtitutione mundi quotquot venerint ad opificem deum per taſtamentariam legẽ iis coadeſt deus ſingulis in ſimplicitate ſecundum gratiam per ſpiritum ſuum. De ratiõabilibus autem naturis in quibus illud teſtamẽtariũ refriguit & officia animorũ illorũ mortificata ſunt: ita vt vltra nõ inquirãt cognoſcer̃ ſemetipas ſecũdũ ſuã priorẽ cõditionẽ: Alię irratiõabiles oĩno effectę: ſeruierũt creaturę poti⁹ q̃ creatori. Idẽ vero cõditor: ꝓpria bõitate nr̃i viſitationẽ effecit ꝑ teſtamẽtariã legẽ: qm̃ ſubſtãtia immortalis exiſtit. Quotquot igitur

digni habiti ſunt gratia & concreuerũt per ſuam cardina-
lem legẽ edocti ſunt per ſpiritum ſanctum accipientes filio-
rum adoptionis ſpiritum. Hi etiam præualuerunt adorare
conditorem proprium ſicut oportet. De quibus & Paulus. Quia nõ perceperint promiſſiones propter nos. In ſua vero
ſibi dilectione volens ipſe cunctorum deus viſitationem fa-
cere refrigidationis noſtræ ac diſpẽſationis: excitauit Moy-
ſen doctorem legis: qui daret nobis legem in litera: Et fun-
dauit nobis veritatis domũ: quæ eſt eccleſia catholica quam
creauit volens conuertere deus ad primũ initium. Et quia
Moyſes quidem ædificauit vt præcedens: Iccirco non time-
bimus aſſerere eundem latorem legis vnum eſſe ex præcur
ſoribus. Et quia ſpiritus qui fuerit cum Moyſe idem ſit ope
ratus & in choro ſanctorum: omneſq; petierunt de vnigeni
to dei: Item Ioannes vnus de prçcurſoribus extat: & ideo lex
atq; prophetæ vſq; ad Ioannem: Regnum cœlorum vim pa
titur & violenti diripiunt illud. Præuidentes autem ii qui
ſpiritu ferebantur: ꝙ nulla creatura poſſit curare illam grã
diſſimam plagam: niſi ſola beatitudo dei: qui eſt vnigeni-
tus eius: queq; & deſtinauit ſalutẽ totius orbis: qui & eſt me
dicus magnus potens curare ingentem plagam ſua bonita-
te: pater creaturarum non pepercit vnigenito propter nos:
eũ pro noſtra vniuerſorum ſalute tradens pro peccatis no
ſtris & pro iniquitatibus. Et ipſe quidem ſemetipſum hu-
miliauit. Sed illius liuore nos omnes ſanati ſumus: verboq;
virtutis ſuæ congregauit nos ex omnibus regionibus ab ex
tremo terræ vſq; ad vltimũ orbis faciens reſurrectionẽ cor-
dium noſtrorum a terra: docuitq; nos alterutrum exiſtere
membra. Obſecro ergo vos chariſſimi in domino vt intelli-
gatis ſcripta: quia dei mandata ſunt: Magnũ quippe nobis
eſt hoc vt aduertamus mentẽ ad formã quã aſſumpſit Ieſus
propter nos: eo ꝙ per omia nobis ſimilis fuerit excepto pec
cato. Decet etiam vt & noſipſi liberemus ipſoſ nos in eius

Hoc loco aut Antonij ipſius textus vitiat⁹: aut oĩa grçca exẽplaria ſeraſij corrupta de latina trãſlatione. qm̃ enĩ ꝑ perã verſa ẽ parũ ſinceri trahi poteſt.

aduentum & illius ſtultitia nos ſapiẽtes efficiat. paupertas ipſius ditet: & infirmitas robuſtos oſtendat: & vt ipſe omniũ reſurrectio fiat: deſtruens eum qui mortis habet imperium. Tunc enim ceſſabimus opus habere ſecũdũ carnẽ in Ieſu ad uentu. Nãq; Ieſus cooperatur nobis in bono ſeruitio vſq; quo deſtruamus malitiam omnem. Tunc quoq; dicet nobis Ieſus: Iam non vocabo vos ſeruos ſed fratres. Quãdo igitur ſic eos vocauit deus vt acciperẽt ſpiritum filiorum adoptio nis: tunc & ſpiritus ſanctus docuit eos adorare patrem: ſi- cut oportebat. Vnde & mihi quoq; deterrimo iũcto Ieſu tẽ pus iſtud in quo aduenimus factum eſt lętificatio, & luctus, & fletus: Quoniam & multi de genere noſtro induerunt in dumenta pietatis: virtutem vero negauerũt. Quamobrem & ego in his quidem lętificor qui præparauerunt ſemetip- ſos liberare in aduentu Ieſu. In illis vero lugeo: qui inter- pellant nomen Ieſu & faciunt voluntates cordis & carnis. Necnon & eos defleo qui intuentes longitudinem tempo- ris puſillanimes effecti ſunt: & ſpoliauerunt ſe pietatis ami- ctu facti ſicut beſtiæ. Agnoſcant vero huiuſmodi dicen- tes: Quia iam non vocabo vos ſeruos ſed amicos & fratres. Quia quęcunq; nota fecit mihi pater manifeſtaui vobis. Cõ fitentes igitur mente qđ agnouerunt ſemetipſum ſecũdum ſenſualem ſuam ſubſtantiam dederunt vocem: dicentes. Quia etſi cognouimus te aliquando ſecundum carnem: ſed nunc iam nõ nouimus: quiq; accipientes filiorũ adoptionis ſpiritum exclamauerũt dicentes. Non enim accepimus ſpi ritum ſeruitutis iterum in timore: ſed accepimus ſpiritum adoptionis in quo clamamus Abba pater. Nunc ergo deus cognouimus quæcunq; donaſti nobis: & ſcimus quoniam fi lii ſumus & hæredes erimus. Hæredes quidem dei, cohære des autem Chriſti. Manifeſtus igitur ſit vobis iſte ſermo ꝙ niſi quis præparauerit emendationem propriam nec crea- tus fuerit ex tota virtute: ꝙ huic aduentus Saluatoris in

iudicium fiet. Quibuſdam enim eſt odor mortis in mortē.
quibuſdam autem odor vitæ in vitam:propteea ꝙ in ruinā
& in reſurrectionem multorum poſitus ſit in Iſrael & in ſi-
gnū cōtradictionis. Quapropter obſecro vos ne negligatis
ſalutem propriam: ſed vnuſquiſ vestrum ſcindat cor: &
non veſtimenta:ne forte amicti habitu iniuſto paremus no-
bis iudicium. Ecce enim iam appropinquabit tempus ī quo
probētur vniuſcuiuſ veſtrū opera. De minutia vero ver-
bi: erant alia quæ ſcriberentur vobis:ſed ſcripum eſt:da ſa-
pienti occaſionem & ſapientior erit. Saluto vos omnes in
domino a minimo vſ ad magnū: deus autem pacis cuſto-
diat vos vniuerſos/chariſſimi.

¶ Commentarium Champerianum in quartam diui ¶ Antonij epiſtolam.

Scribens diuus Antonius ad Aegypti eccleſias
& monachos: primū eos vt ſolet ſancte ſalutat
dicens Chariſſimis & honorabilibus: in domi-
no ſalutem. Quia non in vno tempore tantum
viſitationem facit deus creaturarum ſuarum:
ſed a conſtitutione mundi quotquot venerunt
ad opificem deum per teſtamentariam legem:
his coadeſt deus ſingulis in ſimplicitate ſecūdū
gratiam per ſpiritum ſuū. De rationabilibus autē naturis in quibus
illud teſtamentarium refriguit: & officia animorū illorū mortificata
ſunt: ita vt vltra non inquirerent cognoſcere ſemetipſos ſecūdū ſuā
priorem conditionem. Aliæ irrationales omnino effectę & ſeruierūt
creaturæ potius q̄ creatori. primū enim (inquit Ambroſius) & per-
graue crimen eſt idololatria. Quid enim tam pernitioſum:tam fu
neſtum q̄ ad iniuriam creatoris dei:lignis & lapidibus vel alijs metal
lis honorificentiæ eius nomen tribuere? cum ipſi non patiantur: vt
ſeruus nomine domini nuncupetur: quem non natura vti ſed quę
dam conditio ſubijcit ſeruituti. Idololatria enim vni deo auferre ni-
titur gloriam:ne qđ eius peculiare eſt: ſolus habeat nomen diuinita-
tis ſibi ſoli condignum. & alibi inquit. Quantum enim idololatria
perimpium & grauiſſimū delictum eſt: tantum & compenſatio eius
horrēda & perſordida paſſio eſt. Hæc fornicationē habet & adulteriū

Diu⁹ Ambroſius in explana-tione ī epiſtolam ad Coloſſenſes cap.3. Ambroſi⁹ ī explanatiōe ad Romāos cap.1.

Et propter errorem ſimulachrorum traditi ſunt ad turpia facienda
inuicem:propterea infit Antonius: excitauit deus Moyſen doctorẽ
legis:qui daret nobis legem in litera:& fundauit nobis veritatis do=
mum:quæ eſt eccleſia :&ſi inanis ſynagoga quam creauit:volens cõ

Ambro=ſius.vj. hexamerõ.cap.ij. Idem officiorũ primo.ca.l.

uertere deus ad primũ initiũ. Nam vt diuus Ambroſius ſcribit erat
Moyſes eruditus in omni ſapientia ægyptiorum:ſed quia ſpiritum
dei accepit:quaſi miniſter dei inanem illam & vſurpatoriam philoſo
phiæ doctrinam: veritatis rationi poſthabuit: & ea deſcripſit inibi q̃
noſtræ ſpei iudicauit. Et alibi Moyſes circũciſionẽ vidit ſpiritalem
ſed operuit eam: vt in ſigno circunciſionem pręſcriberet: vidit & azi
ma ſinceritatis & veritatis: vidit paſſionem domini: agni vel vituli
immolatione. & boni leuitę ſeruauerunt myſterium fidei ſuę ſub hoc

Idem epiſtolarũ li.v.capitu.xxxix. ad horontianum.

tegmine. Et alibi inquit. Non enim ſua Moyſes ſed infuſa & reuela
ta ſibi ſcripſit: ea pręcipue quæ ſunt de conſtitutione mundi: quæ di=
uiſo operatorem atq; opera diſtinxit. fuit igitur & Moſes Chriſti prę
curſor:& Ioannes etiam p̃curſor eius qui veniens prædicauit Chri=
ſtum veniſſe. Ioannes plurimos conuertit: dominus autem non plu
res ſed omnes. hoc opus illius: vt omnes cõuertat ad deum patrem

Origenes Homilia q̃rta in lucã.

& vt inquit Origenes:& p̃cedet coram ipſo in ſpiritu & virtute Helię
Non ait anima Helię ſed in ſpiritu:& virtute Helię Fuit in helia vir=
tus:& ſpiritus ſicut in omnibus prophetis:& ſecũdum diſpenſatio=
nem corporis in ipſo quoq; domino ſaluatore Helias tranſlatus eſt
hic Ioãnes vero pręcurſor domini fuit & mortuus eſt ante eum: vt

Diuus Antoni9

ad inferna deſcendens illius prædicaret aduentum. præuidentes igi=
tur (infit Antonius) hi qui ſpiritu ferebantur q̓ nulla creatura poſ=
ſit curare: illam grandiſſimam plagam niſi ſola beatitudo dei: qui eſt
vnigenitus eius queq; & deſtinauit ſalutẽ totius orbis : qui & eſt me=
dicus magnus :potens curare ingentẽ plagã ſua bonitate pater crea
turarum non pepercit vnigenito propter nos. Et ipſe quidem ſemet
ipſum humiliauit. Sed illius liuore omnes ſanati ſum9. In hoc enim
opere redemptionis humanę deus ſuæ ſapientiæ magnitudinem eo
ipſo demonſtrauit: q̓ rei admodum dubiæ & difficilis inuenit ſo=
lutionem q̃ decentiſſimam: Sane res admodũ dubia & difficilis fuit
quiſnam eſſet redempturus genus humanum. Nõ enim id potuit p̃=
ſtare nudus homo:& qui ſolam haberet humanam naturam tamet=
ſi deberet: quia erat peccato obnoxius:& debitor deo pro ſuo pecu=
liari & proprio peccato. quare minime idoneus habitus eſt ad ſatiſfa
ciendum deo: pro peccatis aliorum: cum & ipſe in ſe haberet : quod
diuinę maieſtati diſpliceret: neq; minus indigeret reconciliari q̃ cęte

Roma.3.

ri. Omnes enim peccauerunt (vt ait beatus apoſtolus) & egent glo=

ria dei.Neq; id redemptionis humanę munus debuit pręſtare deus:
& ſi poſſet.Nam is non offenderat.Nec angelus hoc debuit pro ho=
mine ſatiſfacere:quia non habet naturę conſortium cum eo qui pec
cauerat.Neq; itidem potuit huiuſmodi ſatiſfactionem cõdignã deo
exhibere:quia non maiorem habet angelus in ſe dignitatem q̃ tota
humana natura:quæ auerſa a deo debuit reduci per aliquid illi præ=
ponderans:dignius & natura perfectius q̃ ſit tota generis humani ꝓ
pago.Condigna em̄ ſatiſfactio exigit:vt ęquum aut amplius redda
tur ei qui lęſus eſt:q̃ fuerit id ipſum qđ in irrogatione iniurię fuerat
ablatum. Conſentaneum igitur eſt ęquitati:eum qui offenderit:ſa=
tiſfacere offenſo:& eundem emendare iniuriã:qui intulit:non quidē
ſecundũ indiuiduum & ſingulare ſuppoſitum:ſed naturę cõmunio=
nē & affinitatem.huiuſce autem dubię rei inuenta eſt q̃ decentiſſima
ſolutio:ꝙ ſecundum diuinę ſapientię ordinationem: redempturus:
humanũ genus eſſet deus & homo:peccati prorſus immunis.Quia
enim deus:ſatiſfacere potuit:vt qui ſit omnipotens & immenſus &
quatenus homo:debuit ſatiſfacere.Et hac via:huiuſmodi cõtrouer Diuus
ſiam nodum & ſcrupulum diremit diuina ſapientia.Magnũ quippe Antoni⁹
(inquit Antonius)nobis eſt hoc vt aduertamus mentem ad formã
quam aſſumpſit Ieſus propter nos eo ꝙ per omnia nobis ſimilis fue
rit excepto peccato:decet etiam vt & nos ipſi liberemus ipſoſnos in
eius aduentum & illius ſtultitia nos ſapientes efficiat:pauptas ipſius
ditet:& infirmitas robuſtos oſtendat:vt ipſe omniũ reſurrectio fiat:
deſtruens eum qui mortis habet imperium.Tunc enim ceſſabimus
opus habere ſecundum carnē in Ieſu aduentu.Nãq; Ieſus cooperat̄
nobis in bono ſeruitio vſq;quo deſtruamus malitiam omnem.Tũc
quoq; dicet nobis Ieſus:iam non vocabo vos ſeruos:ſed fratres:ip=
ſe em̄ propter nos formam ſerui accepit: & ſeruus nobiſcum voca=
tus.Impaſſibilis enim exiſtens:propter nos ſubditus paſſionib⁹ &
miniſter noſtræ ſalutis factus eſt. Qui vero dicunt (infit Damaſce=
nus)ipſum ſeruum dirimunt vnum Chriſtum in duo.quemadmo= Damaſce
dum Neſtorius.Nos autem dominatorem ipſum dicimus:& domi nus li.iij.
num omnis creaturę:vnum Chriſtum eundēq; deum ſimul ac homi cap.xxj.
nem & omnia ſcientem.Nã in ipſo ſunt omnes theſauri ſapientię &
ſcientię abſconditi.Nunc ergo(inquit Antonius)deus cognouim⁹ Diuus
quęcũq; donaſti nobis & ſcimus quoniam filij ſumus & hæredes eri Antoni⁹
mus.heredes quidem dei cohęredes autem Chriſti.Manifeſtus igi=
tur ſit vobis iſte ſermo ꝙ niſi quis pręparauerit emendationem pro
priam nec creatus fuerit ex tota virtute:ꝙ huic aduentus ſaluato
ris in iudicium fiet.Quibuſdam enim odor mortis in mortem.Qui

buſdam autem odor vitę in vitam. Odorem quidem deo bonum & ſuauem: ſed electis ad vitam: reprobis autem ad mortem: non quidem quia de ſe ad mortem ſit: quia odorem illum non recipiebant: & reijciebãt receptum. Nam de ſe omnib⁹ erat ad vitã. Siue ergo vt inquit diuus Ambroſius in his quæ pereunt: ſiue in his qui ſalui fiunt: Chriſti bon⁹ odor deo erãt apoſtoli: quia ſinceriter: et ſine adulatione prædicabant. Qui enim non credebant ipſi ſibi laqueum circundabant his liberis ſicut dicit dominus ad Ezechielem. Tu prędica ſi te audierint: lucraberis animas eorũ: ſi quo minus ipſi ſibi viderint: tu tamen liberaris a perditione eorum. Ergo odorem illũ Chriſti omniſaluificum non reijciamus: ſed aſpiremus: teneamus charitate et diuino flabello foueamus: exquo vitam percipientes Chriſto domino vitę auctori gratias exoluamus perẽnes.

Ambroſius. ij. ad Cor. ca. ij
Eze. 3. e.

¶ Oratio ad deum in honorem diui Antonij abbatis.

¶ Precibus domine ſupplicãtis populi propitius ac benignus intẽde: & qui beati Antonij ſolennia colimus tribue nobis illius meritis vt expiata peccatorum omnium ſorde: ad tua ſancta celebranda myſteria pura mente accedere valeamus. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum.

¶ Epiſtola Quinta ſancti Antonii Abbatis.

ANtonius dilectiſſimis natis filiis Iſraeletis ſecundum ſenſualem ipſorum extantiam. Non enim neceſſe eſt nominari vocabula quæ tranſeunt quia filii eſtis Iſrael: Adhuc vere nati mei: dilectio quam habeo in vos non eſt dilectio corporalis: ſed eſt charitas ſpiritus culturę dei: propterea autem nec defatigor obſecrans deum die ac nocte pro vobis: vt poſitis cognoſcere gratiam quæ conceſſa eſt vobis. Quia non in vno tempore viſitationem facit creatu-

rarum ſuarum.Sed a conſtitutione mundi moderať deus proprias creaturas per generationes ſingulas expergefaciens qnemq; occaſionibus quibuſdam & gratia. Nunc itaq; filioli nolite negligere proclamantes ad dominum die & nocte compellantes benignitatem patris vt hoc donet vobis adiutorium de cœlo. Docens vos vſq;quo cognoſcatis: quid in ſe habeat. Nā vere filioli qui in propria nece conſiſtimus habitantes & in latronis domo & manentes: necnon & mortis vinculis obligamur nunc: quapropter ne dederitis ſomnum oculis veſtris: nec palpebris dormitationem: offerentes voſmetipſos ſacrificium deo in omni ſanctitate. Quem nemo hęreditare poteſt ſine ſanctimonia. Vere chariſſimi ī domino manifeſtus ſit vobis iſte ſermo: & id qđ bonum eſt faciatis: in quo & vniuerſos reficietis ſanctos alacritatem animorum præbentes obſequium angelorum & lętificationem Ieſu. Quoniam necdum requiem habuerunt propter nos vſq; ad hanc horam. Sed & mihi deterrimo hac habitąti in lutea domo eandem lętitiam in ſpiritu meo. Vere et enim filioli quia noſtra incommoditas & inutilitas dolorem eis omnibus prębet: vtuntur lachrymis atq; gemitibus pro nobis in conſpectu conditoris: & ob hoc cunctorum etiam deus iraſcitur ſupra opera noſtra maligna propter gemitum ſanctorum: ſicuti iterum profectus & emendatio noſtrorum animorum alacritatem prębet choro ſanctorum. Et vtuntur prece multa atq; lętitia in exultatione coram creatore noſtro. Ipſe quoq; cunctorum opifex lętatur in operibus noſtris: & propter teſtimonium ſanctorum donat nobis chariſmata immēſa. Igiť vt cognoſcatis q̄ deus diligat ſemper propriā creaturā: eo q̄ ſit immortalis extātiæ non eſt reſoluenda corporibus: aſpiciēs ſenſualē naturā ipſe q̄ mortua omnino perrexiſſet in abyſſum: & illud teſtamētarium refriguiſſet. Tum idē deus propria bonitate eandē viſitat ex morte p Moyſen ędificare volēs et magnā curare

plagam & geſtiens conuertere eam ad priſtinam concordiã Sed potens diſceſſit ab eis. Adhuc inſuper & omnis prophetarũ chorus ædificauerũt ſupra fundamẽtũ Moyſi: Sed nec iſti valuerũt mederi ingentẽ plagã mẽbrorũ ſuorũ: Cernentesq; q ceſſaſſet virtus eorũ: iterato adhuc vniuerſus ſanctorũ chorus collectus in vnũ orationes refert in conſpectu proprii conditoris dicens. Nũquid reſina non eſt in Galaad aut medicus inibi? Quare ergo non aſcẽdit ſanitas filiæ populi mei: domine curauimus Babylonem & non eſt ſanata. Nunc fugiemus ab ea petentibuſq; cunctis benignitatẽ patris de vnigenito: qđ niſi ipſe in terris calcaret nulla creatura curare poſſit ingentẽ plagã: huius rei cauſa bonitate propria vocẽ dedit dicens: fili hominis facito tibi vaſa captiuitatis. Volũtas itaq; patris vnigenito nõ pepercit ꝓ noſtra omniũ ſalute. Sed tradidit eũ pro peccatis noſtris. Et iniquitates quidẽ noſtræ humiliauerunt eũ: Sed liuore eius nos cẽs ſanati ſumus. Cõgregãs ipſe nos ex oĩbus regionibus a ſummo terræ vſq; ad extremũ orbis: faciens reſurrectionem ſenſuũ noſtrorũ de terra: & docẽs nos q alterutrum membra ſumus. Attendite ergo filioli ne forte illud oraculum Pauli impleatur in vobis: habentes quidem formam pietatis: virtutem autem eius negantes. Quamobrẽ vnuſquiſq; ñoſtrũ ſcindat propriũ cor: deflens in conſpect u eius dicens. Quid retribuam domino pro omnibus bonis quę retribuit mihi? Formido iterum filioli ne forte illud eloquiũ impleatur in nobis. Quæ vtilitas in ſanguine meo dũ deſcendo in corruptionem? Vere filioli: quia ſicut prudentibus loquor: vt intelligatis quæ dico vobis: Q2 niſi vnuſquiſq; veſtrum exuerit omnem puluerem naturę huiuſcemodi materiæ: & abrenunciauerit ei & omni operationi eius ex toto corde: expanderitq; manus cordis ſurſum ad vniuerſorum patrem: & ipſe viſceribus moueatur circa laborem eius: & donet ei inuiſibilem ignem: qui comburat omnem immunditiam ab

eo:ac principalem ipſum expurgãs:tunc ſpiritum ſuũ ſanctum faciat habitare vobiſcum & ſic poſcimus habitare patrem ſicut oportet. Nam q̃diu fathiſcimus naturali materie velut inimici exiſtimus angelorum dei atq; ſanctorum eius. Nunc ergo obſecro vos dilectiſſimi in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti: vti ne velitis negligere propriã vitã: nec confundat exiguitas temporis illud: ſine fine tempus ne pellicula carnis corruptibilis confuſcet regnum ineffabilis lucis: neq; condemnationis locus exitialis in angelis exterminet ſedes. Vere filioli quia anima mea phantaſma patitur: & ſpiritus meus in pauore conſiſtit: q; vniuerſi nos velut gurgite immerſi ſumus & vt ebrii muſto conſiſtimus. Cũ vnuſquiſq; noſtrum proprię diſtrahitur voluntati huius dominio ſubiugamur nolentes attollere oculos noſtros ad cœli gloriam inquirendam & illam ſanctorum omnium operationem illuſtrem: ipſorum veſtigiis inhęrẽtes. Vt ergo ſciatis q; cœli ſancti ſiue angeli: ſiue ſedes: ſiue dominationes: ſiue cherubin: ſiue ſeraphin: ſiue ſol, ſiue luna, ſiue aſtra ſiue patriarchę ſiue prophetę: ſiue apoſtoli ſiue diabolus: ſiue Sathanas: ſiue ſpiritus maligni, ſiue principes aeris huius & ne plura dixerim ſiue maſculus ſiue fœmina ſecundum principium creaturę ſuæ ex vno ſunt: omnes excepta ſola perfecta ac beata trinitate patris & filii & ſpiritus ſancti. Propter bonum vero quorũdam motum: opus fuit: vt deus horum nomina vocitaret: & ſecundum ſtudia ipſorum: his qui amplius profecerunt attribuit ſuperexcellentem gloriam dignitatis.

¶ Sequitur
¶ Commentarium Champerianum in Quintam diui
¶ Antonij Epiſtolam.

Sym. Champerii Expoſitio.

Quinta hæc diui Antonij epiſtola materias fere ſi
miles quartę epiſtolæ continet: publicam tamen
continet inſtitutionem. Et pręmittit vt ſolet ſan=
ctam ſalutationem dicens. Antonius dilectiſſi=
mis natis filijs Iſraelitis ſecundū ſenſualem ip=
ſorum extantiam. Non em̄ neceſſe eſt nominari
vocabula quę tranſeunt quia filij eſtis Iſrael. Ad
huc vere nati mei dilectio quā habeo in vos nō
eſt dilectio corporalis: Sed eſt charitas ſpū̄s culturę dei: vnde hic di=
uus Antonius neceſſitates fratrum: ſuas faciens ſimplex erat in cha
ritate. Cōpatiebatur em̄ omnibus ſicut dicebat Paulus. Quis ſcāda=
liſatur & ego nō vror? Hęc em̄ vera charitas ē: ſi ſua vtilitate cōtēpta:
eius curam agat quem diligere ſe profitetur: qđ ſemper fecit Anto=
nius. verbum enim veritatis erat eius doctrina: quia non aliud trade
bat q̄ a domino acceperat: virtus in eo dei erat: quæ per ſigna atqꝫ ꝓ
digia ip̄m idoneum miniſtrum probabat. Sic deniqꝫ Iacob patriar
cham amor Rachel per ſeptem annos continuos in laboribus poſi=
tum diurni æſtus: & nocturni frigoris vſtionem ſentire non ſiuit:
ſic ipſum Paulum in amore huius incenſum audio dicentem. Chari
tas omnia patitur: omnia credit: oīa tolerat: charitas nunq̄ cadit. Ni=
hil ergo eſt qđ non tolerat qui perfecte diligit. plura autem quando
non toleramus: certum ꝙ ob hoc quia charitatem quę omnia tole=
rat non habemus. Et vt Origenes inquit ſi non ferimus aliqua

Origenes Homilia. 2 in cātica cāticorū.

patiēter: idcirco eſt: quia charitas nobis deeſt: quę omnia patitur. In
luctamine quoqꝫ eo qđ eſt nobis aduerſus diabolū quo frequenter
cadimus: nō dubium eſt quin ob hoc fiat ꝙ nō eſt in nobis charitas
illa quę nunq̄ cadit: porro diuus Antonius inquit. Igitur vt cogno=
ſcatis ꝙ deus diligit ſemper propriam creaturam eo ꝙ ſic immorta
lis extantiæ non eſt reſoluenda corporibus. Ipſe enim dominus vt
diuus Cyprianus ſcribit derelictorū perſonam gerens in cruce ſe q̄=
ritur derelictum: & ne deſperarent etiā in vltimis conſtituti: feſtinās

Cyprianꝰ martyr de ablutiōe pedum.

in adiutorium ilico adeſt. Et re in arcto non differt beneficium: ſed re
pente indulgentię celeris documentuū. Eiuſdem ſtatuit & exemplū
latroni inquiens: hodie mecū eris in paradiſo. latrociniū dānationē
meruerat & ſuppliciū: ſed cor cōtritū pœnā mutauit ī martyriū: & ſan
guinē in baptiſmū: in momēto impietas religionē: crudelitas induit
pietatē: & ſtatim cōſummatꝰ ciuis ſanctorū: & domeſticꝰ dei ꝑmiſſus
eſt in regnū recōciliatiōis humanę priuilegiū ſecū ferēs ad ſupos ꝙ
deo patri tātę legatiōis fungēs honore in ſeip̄o ſcripturę huiꝰ experi

mētū cōtinēs libero & ſecuro aditu penetrās p̄ſentauit. Quid tu dn̄e amplius Moyſi & prophetis cōtuliſti? Quid amplius ille obtinuit dilectus tu⁹ qui ſupra pectus tuū in cœna recubuit? Quid ampli⁹ Pauli meruere ſudores: quid labores prophetarū apoſtolorū & ſanctorum? Quid tot annorū tormēta? Quid martyrū plagę? vna huic collatū ē prę miū ad qd̄ illi per tot diſcrimina peruenerunt. Sic tu dn̄e armētarios ſtatim facis prophetas: opiliones Reges: Theolenarios apoſtolos: piſcatores doctores. neqꝫ ab his quos ſanas lente lāguor abſceſſit ſed illico quem reſtitueris ex integro cōualeſcit: quia cōſummatū eſt qd̄ facis: & perfectū qd̄ largiris. Quare dicebat diuus Pater Antonius. Congregās ipſe nos ex oībus regionibus a ſummo terrę vſqꝫ ad extremū orbis faciēs reſurrectionē ſenſuū noſtrorum de terra: & docens nos ꝙ alterutrum mēbra ſumus: attēdite ergo filioli ne forte illud oraculum Pauli impleatur in vobis. Habentes quidē formā pietatis virtutē autem eius negantes. Tanta eſt vt diuus Cyprianus inquit Hypocritarū: dementia vt fœtoribus pro odorib⁹ abutātur & precioſa vilia: & aſpera ſuauia arbitrentur. & fauorū ſapor omniū dulcedinū ſuperet condimenta: omniſqꝫ delira ſenſualitas cōtrarijs delectetur. Quia ꝓpter infit Antonius vnuſquiſqꝫ noſtrū ſcindat ꝓpriū cor deflens in cōſpectu eius dicēs. Quid retribuā domino pro omnibus bonis quæ retribuit mihi vere filioli quia ſicut prudētibus loquor vt intelligatis: quæ dico vobis quod niſi vnuſquiſqꝫ veſtrū exuerit omnem puluerem naturam huiuſcemodi materię & abrenūciauerit ei & omni operationi eius ex toto corde expanderitqꝫ manus cordis ſurſum: ad vniuerſorum patrem: & ipſe viſceribus moueatur circa laborem eius & donet in inuiſibilem ignem: qui comburat omnem immunditiam ab eo ad principalem ipſum expurgans: tunc ſpiritum ſuum ſanctum faciat habitare vobiſcū & ſi poſſim⁹ habitare p̄rem ſicut oportet. Nam quādiu fathiſcimus naturali materie veluti inimici exiſtimus angelorum dei atqꝫ ſanctorum eius. Quanto enim vita hæc laboroſior: criminoſiorqꝫ eſt: modo iuſtitiam: & pietatem ſeruet: tāto maior eſt futura felicitas. Audi non ſolum diuum Antonium ſed apoſtolum Ioannem in Apocalypſi. Beati qui lauant ſtolas ſeu veſtes ſuas: vt poteſtatem habeant in ligno vitę: & per portas intrent ciuitatem. ſtolas lauare eſt pœnitentiā agere: q̄ p̄dicatiōis Chriſti fuit initiū. In ligno vitę poteſtatē habere: xp̄o q eſt lignū vitę in medio padiſi eſt frui poſſe. p portas intrare ciuitatē: ē p mādatorum obſeruationē ad cœlū ire. Dixit .n. xp̄s adoleſcēti ſi vis ad vitā ingredi ſerua mādata. Sed qd multis op⁹ eſt qn̄ licet

Diuus Antoni⁹

Cyprian⁹ de ieiunio

Diuus Antoni⁹

Apocalypſis.

vno verbo concludere. Res ita ſe habet: vera & compendioſa felicitas in hac vita nulla eſt niſi mandatorum dei & euangelicæ legis obſeruatio: non diuitijs, non potentię intendendum eſt. Regnum dei æſtimationem non habet: quantum exhibere potes: tanto emitur. Non opus eſt ſanitate: non liberis: non clientibus: non amicis: ſed dei gratia & virtute conandum eſt. vtrunq; a noſtro pendet arbitrio. licet enim ſine dei munere: neq; virtus neq; gratia haberi poſſit: tamen vtrunq; ideo noſtræ eſt voluntatis: quia deus bonorum ſuorum liberalis ac magnificus diſpenſator: tantum tribuit: quantum eſt quiſq; paratus accipere: ſtat enim Chriſtus ad oſtium & pulſat: ad aperientem intrat: cum eo aſſidue epulatur & habitat. Neq; ſtoici cum duce ſuo Zenone: neq; peripatetici cum duce Ariſtotele recte de felicitate ſenſerunt. Illi enim in virtute ſola. Iſti in operatione virtutis eam collocant. Sed chriſtiani a deo illuminati & edocti virtuti operationiq; virtutum ſuperaddunt gratiam. Hæc ſi conſequi potes (potes autem ſi vis) licet amicis priueris: licet ſumma premaris inopia: licet cum Iob in ſordibus iaceas: licet inſanabili morbo tenearis: felicitatem tamen habes non illam quam Sardanapalus vir muliere corruptior: non eam quam Crœſus & Attalus: non illam quam Salomon habuit dum corrupte vixit: ſed eam quā Paulus: quam Antonius & cæteri ſancti habuerūt: qui in tentationibus cum Chriſto permanſerunt. Sed tandem poſtremo loco audi teſtimoniū Chriſti. Beati (inquit) eritis cum vos oderint homines: & exprobrauerint ac eiecerint nomen veſtrum tanq̄ malum propter filium hominis. gaudete & exultate: ecce enim merces veſtra copioſa eſt in cœlo. Quare diuus Antonius inquit: vt ſciatis ergo q̄ cœli ſancti ſiue angeli, ſiue dominationes, ſiue cherubin, ſiue ſeraphin, ſiue ſol, ſiue luna, ſiue aſtra, ſiue patriarchæ, ſiue prophetæ, ſiue apoſtoli, ſiue diabolus, ſiue ſathanas, ſiue ſpiritus maligni, ſiue principes aeris huius & ne plura dixerim ſiue maſculus ſiue fœmina: ſecundum principium creaturæ ſuæ ex vno ſunt omnes excepta ſola perfecta ac beata trinitate patris & filij & ſpiritus ſancti. Propter bonum vero quorundam motus opus fuit vt deus horum nomina vocitaret: & ſecūdum ſtudia ipſorum: his autem qui amplius profecerūt attribuit ſuperexcellentem gloriam dignitatis. Sic vt diuus Cyprianus auctor eſt: In nominibus patriarcharum Abraham Iſaac & Iacob magnarum rerum extant indicia: & proloquebantur ventura: nec deerat impoſitorum nominū ſecundum ſenſum ſuū effectuum certitudo. Apud gentiles etiā in nominibus ſed in agnominibus poſtea a viris illuſtribus obſeruatum eſt: vt nobilitas generis vel virtutis gloria

De felicitate cōtra Zenonē & Ariſtotelem.
Iob.
Sardanapalus.
Crœſus

Cyprian⁹ in p̄fatiōe operis ſui de cardinalib⁹ opibus Xp̄i ad Corneliū papā.

poſteros illuſtraret. Auguſti vel Cæſaris titulo ſuccedentem hono=rare progeniem: & imperatorię dignitatis hæredes primæ originis ir radiare fulgoribus. Sic & philoſophi & doctores antiqui tractatibus ſuis nomina prætexere: breui titulo grandis materiæ latitudinem p̄=libantes & proprię gloriæ præpoſito nomine ſuo prouidentes vt in=tegritatem operis & laborem auctoris tam ſtyli q̄ perſonæ in poſte=rum auctoritas conſeruaret & facile ſcripturæ ſubtilitas indicaret: ſi aliqua manus inuida elegantiæ tractatuum elimatorum pannum ru dem inſueret: vel nugis ſuis quaſi ſua eſſent quæ alius laudabiliter dictaſſet furtiua tranſlatione inſereret. Sic in capite libri ſui quiſq; au ctorum ſe poſuit vt & ſtylus auctori & ſtylo auctor famularetur & au ctoritate altrinſeca communis gloria muniretur. Hoc virorum illu=ſtrium præclara meruerunt ingenia: & per hæc viuax eorum fama & gloria indeleblis perſeuerat. Nos vero qui vix intelligimus quæ ab eis dicta ſunt ſenſu & eloquentia omnino eis impares: ſi quid aliquã=do ſcribimus: indignum titulo iudicamus: ne forte nobilis materia cuius explanationi ſtudium adhibemus decoloratam ſe potius q̄ or natam noſtra præſumptione queratur. Verum quia ſolent aliquãdo patres nugis infantilibus arridere: & linguis balbutientibus delecta=ri: Indulgentiam mereretur humilitas quæ quo poteſt acceſſu ſubli=mitatis veſtræ manibus ſe porrigit attrectandam: non gloriam men dicans ſed gratiam. Ego quidem Symphorianus, & vtinam bona ſymphonia natus nec a me ipſo: & vt diui Cypriani verbis vtar neq; ab alio quæro nomen: neq; enim aliquid me exiſtimo eſſe cum ni=hil ſim. Tentaui ſi poſſem dei gratia me ſuſtinente: honeſte ad diui Antonij mentem & intelligentiam aſcendere: qđ quia non potui vr=gentibus flammis non attendi quo proſilirem dum me vorax incen dium non cremaret.

Oratio ſecreta in honorem diui Antonij.

Da nobis quæſumus domine intercedente beato Antonio abba te tuo/optatum ſacramenti ſalutaris effectum: & qđ noſtra fragilitas obtinere non poteſt. dignare nobis eiuſdem placatus precibus beni=gne conferre. Per dominũ noſtrum Ieſum Chriſtum.

Sequitur

Epiſtola Sexta Beati Antonii

Abbatis.

Debet rationabilis homo paratus eſſe vt liberet ſemetipſum in aduentu filii dei: cognoſcens ſe eſſe ſecundum ſenſualem ſuam extantiam. Quia quicunq; cognouerit ſemetipſum cognoſcet & diſpenſationem proprii conditoris: vel quęcūq; facit ĩ propriis creaturis. Dilectiſſimi nobis in domino membra noſtra & cohæredes ſanctorum obſecro vos in nomine Ieſu Chriſti facere vt præſtet ipſe vobis omnibus diſcretionis ſpiritum in addiſcendum & ſciendum dilectionem quam habeo in vobis. Quia non eſt corporalis dilectio: ſed eſt ſpiritualis charitas diuinæ culturæ. De nominibus vero corporum noſtrorum non opus eſt nominari ea: pertranſeūt enĩm. Cognoſcat autem homo id quod verum eſt nomen: propter quod & Iacob luctanti per totam noctem cum Angelo: nomen illi erat Iacob. Mane autem facto vocauit nomen ipſius Iſrael qđ eſt mens videns deū. Puto etenim non ignorare vos ꝙ aduerſarii virtutis obſideāt veritatem. Vnde nec in vno tantum tempore deus viſitat proprias creaturas: ſed ab exordio mundi. Nonnulli enim parauerunt ſe venire ad proprium conditorem per teſtamentariam ipſius legem: edocti ab illo adorare opificem ſuū ſicut oportet. Quoniam vero per paſſionem infirmitatis & grauedinem corporis ac diſtinctionem malignam refriguit teſtamentarium illud: & officia ſenſus animæ laſſauerunt: Iccirco non potuerunt exquirere proprie ſecundum ſuam creationem ꝙ eſſet ſubſtantia immortalis non correſoluenda corporibus. vnde nec præualuit ſemetipſam liberare iniuſtitia. Huius rei gratia aggreſſus eſt eos deus per ſcriptam legem, vt doceret eos adorare patrem ſicut oportet. Sed quoniam deus vnus exiſtit & ſecundum ſenſualem eſſentiam in id ipſum eſt vnitas. Sit iſte vobis ſermo manifeſtus ꝙ omnis locus in quocunq; non fuerit conſonantia:

illic bella congerunt ſibi & iudicia faciunt oriri apud ſemet ipſos. Videns autem conditor φ plaga eorum magnificata fuerit vehementer: & opus haberet remedium Ieſu medici veri. Ipſe enim vnigenitus creator illorum exiſtit: & ipſe curat eos. Miſit ante ſe inſtructorem domus: ac ille nequaq̃ proficiens abiit ſibi. Itemq́ deus excitauit prophetarum choros per ſpiritum ſuum: quiq́ ædificauerunt quidem ſupra fundamentum Moyſi: veruntamen nec iſti quidem potuerunt. Sed eodem modo derelinquentes abierunt ſibi: & ipſi cuncti ſpiritum in ſe gerentes peruiderunt plagam φ inſanabilis eſſet: & quia per nullam creaturarum curari poſſit niſi per vnigenitum qui ſenſus eſt patris: & imago eius exiſtit. Cuius etiam imaginis effigie tota facta eſt creatura: Agnoſcentes liquido φ hic ſaluator & medicus exiſteret magnus: collecti ſunt in id ipſum omnes: & retulerunt orationes pro commembraneis ſuis: Qui ſumus nos proclamantes ac dicentes. Nunquid reſina eſt in Galaad: aut medicus non eſt ibi? Quare ergo non aſcendit ſanitas filię populi mei: quia curauimus eam: & non eſt ſanata. Nunc ergo ibimus ab ipſis. At ipſe deus ſupereminenti & non ſimulata dilectione ſua affuit nobis per ſanctos ſuos: dicens. Fili hominis facito tibi captiuitatis vaſa. Ipſe quoq́ in formam dei exiſtens non rapinam arbitratus eſſe ſe æqualem deo ſemetipſum exinaniuit formam ſerui accipiens & obediens factus eſt vſq́ ad mortem: mortem autem crucis. propter quod & deus illum exaltauit & donauit illi nomen: qđ eſt ſuper omne nomen: vt in nomine Ieſu Chriſti omne genu curuetur cœleſtium / terreſtrium / & infernorum: omniſq́ lingua confiteatur: quia dominus Ieſus Chriſtus in gloria eſt dei patris. Nunc ergo chariſſimi: ſermo iſte ſit vobis manifeſtus φ benignitas patris non pepercit vnigenito propter nos. Sed tradidit eum propter noſtram

omniũ ſalutē tradens ipſe ſemetipm̄ ꝑpter peccata noſtra: & iniquitates quidem noſtræ humiliauerunt eum. Sed liuore eius nos ſanati ſumus. Ipſe quoqꝫ verbo virtutis ſuæ congregauit nos ex omnibus regionibus ab extremo terræ vſqꝫ ad vltimum orbis: faciens reſurrectionem: ſenſuũ noſtrorũ & remiſſionem peccatorum. Docens nos alterutrum exiſtere membra. Obſecro quapropter fratres in nomine Ieſu Chriſti vt cognoſcatis hanc tam magnam diſpenſationem: ꝙ ſimilis nobis per omnia fuerit excepto peccato. Debet autem vniuerſa rationabilis natura propter quã maxime ſaluator aduenit: vt diiudicaret habitudinem ſuam et ignorantiã proprii ſenſus diſtinctionemqꝫ dare inter medium mali ac boni liberari quęrens per eius aduentum. Etenim quotquot liberi facti ſunt per illius diſpẽſationem hi vocati ſunt ſerui dei. Qđ tamen necdum perfectum eſt: niſi qđ tantum in tempore ſuo inſtum exiſtit: & deducet ad filiorum adoptionem. Nam is ſaluator noſter ſciens ꝙ appropinquaret accipere ſpiritum filiorum adoptionis dedit vt etiam cognoſcerent eũ docti a ſpiritu ſancto: ꝙ aduentus Ieſu factus ſit hominibus iudicium: vnde & vos chariſſimi in domino cognoſcite voſmetipſos: vt ad hęc: & tempus poſſitis cognoſcere & parati ſitis offerre ipſo ſuos ſacrificium deo: vere chariſſimi in domino qđ tanq̃ rationabilibus vobis ſcribo: & qui potuiſtis cognoſcere voſmetp̄os. Scio enim ꝙ quicunqꝫ cognouerit ſemetipſum agnoſcet & deum. Qui vero cognouerit deum: agnoſcet & diſpenſationes illius: quas effecit in propriis creaturis. Manifeſtus quoqꝫ ſit vobis iſte ſermo: ꝙ non corpoream dilectionem habeo in vobis: ſed charitatē ſpiritus culturæ dei: eius videlicet dei: qui gloriat̃ in cõſilio iuſtorũ. Parate ergo voſipſos dũ habetis qui pro vobis exorent: & poſtulantes pro veſtra ſalute: vt ignē quem venit ipſe mittere ſuper terrã immittat cordib⁹ veſtris. vt poſſitis exercere habitudines veſtras. Et

det ſenſuũ officia ad cognoſcendum diſcernere malignum a bono:a ſiniſtra dexteram: a ſubſtantia / inſubſtantiã. Sciẽs enim Ieſus qđ imperium diaboli materia facit: aduocans diſcipulos dixit eis: Nolite theſaurizare vobis ſuper terram: nec ſolliciti ſitis de craſtino. Craſtinus enim dies ſollicitus erit de ſe. Vere fratres ſcitis ꝙ tẽpore vẽtorũ proſperitatis: omnis gubernator plaudet ſibi:in contraria vero quæꝗ vẽtorum:omnis gubernator manifeſtatur.Intelligite ergo tẽpus in qđ aduenimus quale ſit. De minutia autem verbi libertatis erant plurima:quæ dicerentur vobis:Sed ſi dedero occaſionẽ ſapienti ſapientior erit: Saluto vos a minimo vſꝗ ad maximum.

¶ Commentarium Champerianum in ſextam diui ¶ Antonij Epiſtolam.

Quæ a beatiſſimo Antonio ſcribitur ſexta epiſtola:ſine ſalutatione præuia reperitur : finalem tamen continet ſalutationem: vt vel ex ea cognoſcatur Antonij eſſe epiſtola. Qꝫ autem primam ſalutationem non habemus : arbitror factum, ꝙ Archetypum neqꝫ græci neqꝫ latini habeant. Nam patrio Aegyptioqꝫ ſermone (quẽadmodum Paulus ad Hebræos ſcribens ſermone hebraico ſcripſerat) conſcripſerit Antonius de die iudicij & aduentu filij dei:erant ſufficienter inſtructi ad quos ſcribebat diuus pater Antonius:ſed quando:nulli cognitum niſi deo. De die (inquit) illa & hora nemo ſcit neqꝫ angeli cœlorum niſi pater ſolus: ſed ſicut fur in nocte:ſic erit aduentus domini.ſic dominus aduentum ſuũ: furi cõparat:qui venit inſperato:& quando minime expectatur. quãdo eñ (infit Paulus) dicent pax & ſecuritas:tunc repentinus ipſis ſuperueniet interitus : quemadmodum dolor partus:parturienti: & nequaq̃ effugient. Debet eñ (inquit Antonius) rationabilis homo paratus eſſe vt liberet ſemetipſum in aduentu filij dei cognoſcẽs ſe eſſe ſecũdum ſenſualem ſuam extantiam. Quia quicunqꝫ cognouerit ſemet ipſum cognoſcet & diſpenſationem proprij conditoris:vel quęcũqꝫ facit in proprijs creaturis. Cognoſcit aũt homo ſemetipſum quãdo

De aduẽtu dñi in iudiciũ.

j. Theſſ. v

Diuꝰ Antonius.

diſquirit an mortalis ſit anima: & vna cũ corpore intereat: vt Alexander Aphrodiſeus, & Epicurei perſuaſiſſimũ habuerũt & Saducei exiſtimabant. An immortalis: vt omniũ nobiliũ philoſophorũ ſcholæ conclamant: num aliud poſt mortẽ corpus aſſumat: qđ Pythagoras & Appolonius Theaneus & Pythagorici dogmatis aſſertores fabulantur & affirmant: apud quos palingeneſia id eſt regeneratio & mentepſicoſis hoc eſt trãſanimatio celebrantur. p̃terea cognoſcit ſeip̃m homo quãdo noſcit quæ agenda ſint: quæ cauenda: quid ſibi deſit: quid abundet: quid emendandũ vt vituperabile: quid ſeruãdũ ſit vt laudabile. Et quid vera vita: quid vero mors tẽporalis: quidve ſpiritualis. Quam enim putamus in hoc ſeculo vitam: non eſt vita, ſed vigilia: & quedã adumbratio vitę. Et quã putamus: mortem temporalem: non eſt mors: ſed bonis eſt plenarię diei ortus: & vitæ manifeſtatio. malis autem: eſt adumbratio mortis: & plenariæ mortis reſeratio. O ſi homines hæc myſteria intelligerent: q̃ gauderent: ſe etiã dũ ſupra terram verſantur: dum neceſſitates carnis procurãt: & aliis miniſtrãt: cognoſcere ſe eſſe immortales? Porro diuus Antonius inq̃t. Cognoſcat autem homo id qđ verum eſt nomen. propter qđ & Iacob luctanti per totam noctem cum angelo: nomen illi erat Iacob. Mane autem facto vocatũ eſt nomẽ ipſius Iſrael. i. mens vidẽs deũ

Origenes lib. iij. Periarchon cap. ij.

Sed vt inquit Origenes ſola humana natura non arbitror: quia poſſit aduerſus angelos: & excelſa: & profunda: & aliam creaturam habere certamen: ſed cum ſenſerit præſentẽ in ſe dominũ & inhabitantem confidentia diuini adiutorij dicet. Dominus illuminatio mea & ſaluator meus quẽ timebo: dũ appropiãt ſuper me nocẽtes vt edãt carnes meas: qui tribulant me inimici mei ipſi infirmati ſunt & ceciderunt: Si conſiſtant aduerſum me caſtra non timebit cor meum. Si exurget aduerſum me prælium in hoc ego ſperabo. Vnde (infit) ego arbitror ꝙ nunq̃ homo fortaſſis per ſe ipſum virtutem contrariam vincere poteſt: niſi vſus fuerit adiutorio diuino: vnde & angelus luctatus dicitur cum Iacob. Quod nos quidem (inquit) ita intelligimus quia non idem ſit luctatum eſſe cum Iacob angelum qđ eſt aduerſum Iacob: ſed is quidem qui ei ſalutis ipſius cauſa aderat: qui & cognitis profectibus eius etiam nomen ei Iſrael dedit: iſte cum ipſo luctatur. i. cum ipſo eſt in agone: & iuuat eum in certamine: cum ſine dubio alius eſſet aduerſus quem dimicaret: & aduerſus quem ei certamen ageretur. Deniq; (infit) Paulus non dixit nobis eſſe luctamen cum principibus: vel cum poteſtatibus: ſed aduerſus principatus & poteſtates. Vnde et ſi Iacob luctatus eſt: ſine dubio aduerſus aliquam harum virtutum luctatus eſt: quas humano generi: & ſan-

Paulus apoſtol⁹.

ctis præcipue aduerſari: & mouere certamina Paulus enunciat. Ideo deniq; dicit de eo ſcriptura quia luctatus eſt cum angelo & inualuit ad deum: vt ſit agonis quidem certamen angeli adiutorio ſuſtentatum: perfectionis vero palma vincentem perducat ad deum. Nec ſane arbitrandum eſt quia huiuſmodi certamina corporum robore: & palęſtrica virtute peragantur: ſed ſpiritui aduerſus ſpiritum: pugna eſt. Similiter vt Paulus deſignat aduerſum principatus & poteſtates: & mundi huius rectores tenebrarum nobis imminere certamen. Diuus vero Ambroſius libro ſecundo de Iacob & vita beata dixit Iacob luctatum cum deo. Quid eſt (inquit) luctari cum deo niſi virtutis ſuccedere certamen & cum ſuperiore congredi: potiorē ꝙ cæteris imitatorem fieri dei? Et quia inſuperabilis erat fides eius atq; deuotio: ſecreta ei myſteria dominus reuelabat tangens latitudinem femoris eius: eo ꝙ ex eius erat generatiōe dominus Chriſtus oriundus ex virgine: qui deo nec impar, nec inæqualis eſſet. Cuius crucem obſtupeſcentis, femoris latitudo ſignabat: eo ꝙ diffuſa per vniuerſum mundum remiſſione peccati: ſalutaris foret omnibus qui ſtupore ſui corporis ac ſudore reſurrectionem tribueret defunctorum. Vnde non immerito exortus eſt ſol ſancto Iacob: cuius generi crux domini ſaluatoris illuxit. Simul quia ſol ei oritur iuſtitię: qui deum cernit: quia ipſe eſt lumē æternū. Claudicauit autem Iacob a femore ſuo: propter hoc non manducāt hodieq; filij Iſrael neruū: vtinam manducaſſent & credidiſſent. Sed quia non erant facturi voluntatē dei: ideo non manducauerunt. Sunt & qui ita accipient: quia ideo claudicauerit ab vno femore Iacob: quia duobus populis ex eius generatione manantibus: vnius ſtupor iam tunc circa fidei gratiam declarabatur futurus. Ipſe ergo eſt populus qui ſtupore perfidiæ claudicauit. Deus igitur (infit Antonius) nec in vno tantum tempore viſitauit proprias creaturas: ſed ab exordio mundi. Nonnulli enim parauerunt ſe venire ad proprium conditorem per teſtamētariam ipſius legem edocti ab illo adorare opificē ſuū ſicut oportet. Quoniā vero ꝑ paſſionē infirmitatis & grauedinem corporis ac diſtinctionem malignam refriguit teſtamētarium illud & officia ſenſus animæ laſſauerunt: iccirco non potuerūt exquirere proprie ſecūdum ſuā creationem ꝙ eſſet ſubſtantia immortalis non correſoluenda corporibus. Nā vt Origenes inqt ille interior homo qui ſecundū deū creatus eſt: & ad imaginē dei factus incorruptibilis eſt & inuiſibilis: & ſecūdū ꝓpriā ſibi rationē etiā incorporeus dici pōt. Exterior vero homo & corpore corruptibilis dicit̄: ꝓpter qđ & Paulꝰ dicebat. Nā ſi is q de foris eſt hō noſter corrūpit̄: ſed q itus eſt renouat̄. Interioris

Ambroſius lib. ij. de Iacob & vita beata. ca. 7.
Ge. 32. f.

De animi immortalitate.

autem hominis in his renouatio: vtpote cui eſt rationabilis mens in
Paulus
agnitione dei. Sed vanitati creatura ſubiecta eſt non volens: ſed pro
pter eum qui ſubiecit in ſpe. & ipſum (ſi videtur) Paulum ponamus
in medio: cuius vtiqꝫ anima vel mens qui eſt interior eius homo ſu-
pergreditur: & trãſcẽdit omne qđ corporeum eſt: qđ ſenſui ſubiacet:
& aſpectui: & ipſius diuinę naturę efficitur capax. Sed & tanta & ta-
lis animę eius ſubſtantia quę rationes & intelligentiam cæleſtium di
uinorumqꝫ ſenſuum tenet: quibus ex cauſis deus viderit ſubiecta eſt
ſeruituti corporis corruptibilis: & vanitati eius deuincta eſt. Cõſide-
Neceſſitates corporis q̃ ſint.
ra enim neceſſitates corporis: appetentiam cibi: digeſtionum puto-
rem: poſteritatis reparãdę verecundiam vt ſeritur ſoboles: vt editur:
vt nutritur & vide in his quanta vanitas habeatur: quanta corruptio
cui creatura animę nobilis & rationabilis licet nõ volens ſubiecta eſt.
Subiecta tamen in ſpe: tempus videlicet ſperans quo liberetur in fi
lijs dei cum tempus libertatis aduenerit. huius rei gratia (inſit Anto-
Diuus Antoni⁹
nius) congreſſus eſt eis deus per ſcriptam legem: vt doceret adorare
Damaſcenus li. iij. cap. j.
patrẽ ſicut oportet. Sed vt Damaſcenus inquit multos prius vt pæ-
dagogus inſtruxit: & ad conuerſionem vocauit. ſuſpirio: tremore:
diluuio aquę & totius generis paulominus vniuerſa deletione: con-
fuſione & diuiſione linguarum: angelorum pręſidentia: ciuitatũ in-
cendio: diuinis in varijs formis apparitionibus: prelijs: victorijs: tro
pheis: ſignis: prodigijs & varijs virtutibus: lege & prophetis. per q̃
quod docebatur erat peccati deſtructio: late effuſi & in ſeruitutem adi
gentis hominem: & omnem prauitatis ſpeciem accumulantis in vi
ta: & ad bene eſſe: hominis reuerſio. Quoniam per peccatum: mors
intrauit in mundum: tanq̃ fera quędam agreſtis & immanis huma-
nam depopulans vitam. propterea inquit Antonius: Miſit ante ſe
vnigenitus creator illorum inſtructorem dom⁹ Moyſen. Ac ille ne-
quaq̃ perficiẽs abijt ſibi itemqꝫ deus excitauit prophetarum choros
per ſpiritũ ſuum: quiqꝫ ędificauerunt quidem ſupra fundamentum
Moyſi. Verũtamen ne iſti quidem potuerunt: & quia per nullam crea
turarum curari poſſit niſi per vnigenitũ qui ſenſus eſt patris: & ima-
De diuia Incarnatione filij dei.
go eius exiſtit. Cuius etiam imaginis effigie tota facta eſt creatura.
Agnoſcẽs liq̄do ꝙ hic ſaluator & medicus exiſteret magnus: colle
cti ſunt in idipſum oẽs & retulerũt: orationes ꝓ commẽbraneis ſuis.
Ioannes Damaſcenus vbi ſupra.
Qui ſumus nos ꝓclamãtes ac dicẽtes. Nunq̄d reſina eſt in Galaad
aut medic⁹ nõ eſt ibi? Quare ergo nõ aſcẽdit ſanitas filię ppl'i mei q̄a
curauimus eã & nõ eſt ſanata. Nũc ergo ibim⁹ ab ipſis: At ipſe de⁹ ſu
pereminenti & nõ ſimulata dilectione ſua affuit nobis. Verũ vt inq̄t
Damaſcenus eũ q̄ redẽpturus erat: oportebat prorſus eſſe peccãtiæ

immunem:& per peccatum nõ eſſe morti obnoxiũ. Oportebat etiã & ſolidari & innouari naturã:& opere vt pręſente pręceptore formari & edoceri virtutis viam a corruptione abducentem:& ad vitam introducentem æternam. Et finis circa ipſum:magnum patefecit clementiæ pelagus. Nã ipſe opifex conditor dominus:ꝓ ſuo plaſmate plaſmationem ſuſcepit:opere pręceptor effectus eſt. Nã bona voluntate patris:vnigenitus filius:& verbum dei & deus qui eſt in ſinu dei patris & conſubſtantialis patri & ſpiritui ſancto: ante ſecula: ſine principio:qui in principio eſt:& apud deum & patrem eſt:& deus eſt in forma dei exiſtens. Inclinauit cœlos & deſcendit:hoc eſt inhumiliabilem eius altitudinem:in humilitate humiliauit:& deſcendit cum ſeruis ſuis:deſcenſu ineffabili & incõpręhenſibili:hoc enim oſtendit deſcẽſio. Et perfectus deus exiſtens:homo perfectus fit. Et hoc impletur opus:qđ omniũ nouorum maxime nouum eſt: & qđ ſolum nouum ſub ſole per qđ infinita dei apparuit virtus. Quid enim maius:q̃ deum fieri hominẽ. Et ꝙ verbũ caro ſine mutatione factũ eſt ex ſpiritu ſancto & Maria ſancta ſemper virgine & deipara & mediator dei & hominem iudex conſtitutus:ſolus miſericors & amator hominum deus:non ex voluntate:aut concupiſcẽtia:aut contactu viri:aut generatione voluptaria:in illibato vtero virginis conceptus: ſed ex ſpiritu ſancto:& prima adę creatione. Et factus eſt obediens patri:ea quæ ſecundũ nos & ex nobis aſſumptio eſt noſtram inobedientiam ſanans:& exemplar nobis obediẽtię factus:ſine qua poſſibile nõ eſt aſſequi ſalutem. Quapropter vt diuus inquit Antonius Quotquot liberi facti ſunt per illius diſpenſationem hi vocati ſunt ſerui dei. Quod tamen necdum perfectum eſt:niſi qđ tantũ in tempore ſuo iuſtum exiſtit:& deducet ad filiorum adoptionem. Breuis & expedita ad gloriam via eſt: quam Socrates dixit vt ſcilicet quales haberi volumus:tales ſimus. Docebo ego te quo pacto dei filiꝰ fias id enim & optandum & factu poſſibile. Ioannes euãgeliſta: Dedit inquit eis poteſtatẽ filios dei fieri:filius autem multipliciter dicitˀ Nam qui ex ſubſtantia patris ad eiuſdem naturę ęqualitatem eſt genitꝰ naturalis dicitˀ filiꝰ:vt Salomõ fuit Dauid:Dauid Ieſſe:xp̃s dei per adoptionem etiam & arrogationem:fit filius:Hæc autem ita differunt:ꝙ adoptamus eos qui filij ſunt familias. Arrogamus eos q ſui iuris ſunt. Arrogare igitur eſt quemq̃ in filium ac familiam aſciſcere. Et arrogatio ideo dicta eſt ꝙ is qui aſciſcit:interrogatˀ an velit illum iuſtum ſibi filium eſſe: & is qui aſciſcitur:rogatur an id fieri patiatur:vel ꝙ arrogatio per populi rogationem fiat: cuius hæc verba ſunt. Velitis:iubeatis vt Nathan ipſi Dauid tã iure q̃ lege filius fiat:

Iohã.j.
Pſal.17.
Hiere.31.
Iohã.1.
Philip.2.
Diuus. Antoniꝰ
Quõ filij dei fiant.
De gñibꝰ filiationis
Quid arrogare.

quaſi ex eo patre matreq; familias eius natus eēt: vtq; ei vitę neciſq;
in eum poteſtas fiat vti pariendo filio eſt: itaq; vt dixi: ita vos quiri
tes rogo. Adoptio fit per prętorem. prima apud homines filiatio fit

Quid adoptio.

ex ſanguinibus & voluptate carnis. Duę alię ex voluntate viri. Sed
qui ex hominibus in filios dei volunt aſciſci: neq; ex ſanguinibus
neq; ex volūtate carnis: neq; ex volūtate viri: ſperent id fieri: nunq̄
eñ inuenitur qđ non per ſuam viam quęritur. Quo aūt pacto id fiat

Paulus ad Ro.

ad Romanos ſcribens Paulus: explanat: qui ſpiritu inquit dei agun
tur: ij filij dei ſunt. Neq; enim accepiſtis ſpiritum ſeruitutis: iterum
in timore: Sed accepiſtis ſpiritum adoptiōis filiorum in quo clama
mus abba. qđ eſt pater. Ac ſi dicat: qui deum non vt ſerui herum ti-
ment: ſed vt filij patrem amant: tam effectu operis: q̄ affectu cordis:
ij quia ſpiritum dei habent qui eſt in generatione ſpirituali quaſi ſe-
mē: filij dei ſunt: ꝙ ſi filij & hęredes. Hęredes quidē dei cohęredes aūt
Chriſti. Quare ergo & nos blādā & felicē hanc appellationē: non per
Alexandri deliramenta: ſed per Pauli apoſtoli documenta quęra-
mus. Fuere pleriq; vanitatis hūanę ſtudioſi qui auctoritatis aucupē
dę gratia: filij deorum credi voluerunt & imprimis Alexander ma-
cedo Philippi filius qui cum ad templum Iouis hatenarij veniſſet in
libyam pręmiſſo: qui ſacerdotes ſubornaret nuncio Iouis filius vo-
luit ſalutari. Sed quid nos ipſos decipimus dum cupimus vocari
qđ non ſumus: & vt Horatius inquit. Cur ego ſi nequeo: ignoroq;:
poeta ſalutor: breuis & expedita ad gloriā via: eſt nō per Alexādri
deliramenta ſed per Pauli apoſtoli documenta. Pauli documentum
eſt ad Galathas: qui Chriſti ſunt: carnem ſuam crucifixerunt cum vi
tijs & concupiſcentijs: & hoc eſt qđ Paulus alibi dixit: Spiritu am-
bulemus. hoc eſt in ſpiritu ambulare ſecundum Chriſtum viuere.
Vita autem Chriſti quid aliud eſt: q̄ virtutum omnium & patientię
in primis commune gymnaſium: ſi patiens ergo fueris: filius dei iu
re vocaberis. Quare inquit Antonius: qui cognouerit deum agno-
ſcet & diſpenſationes illius: & ducet ad filiorum adoptionem. Sciēs
enim Ieſus qđ imperium diaboli materia facit aduocans diſcipulos

De auaritia.

dixit eis. Nolite theſaurizare vobis ſuper terrā nec ſoliciti ſitis de cra
ſtino. Craſtinus enim dies ſolicitus erit de ſe. Nam vt diuus Cypria-

Cyprian⁹ in ꝓlogo libri de cardinalibus opibus xp̄i.

nus ſcribit: ſolius auaritię & quęſtus ardor nec ſatiat cupidū: nec pœ-
nitet eum cumulaſſe: qđ creſcere optat: non minui: & diſcola obſti-
natus ſemper quid idolo ſuo immolet ſedulo coaceruat. Vnde hæc
ſitis diuitiarum miſeris pectoribus aſſidet & ambitionis ſalſugo bi-
bulam animam occupat: vt per fas & nefas ad loca ſuꝑiora etiam de
laboribus eremi nōnulli ſe ingerāt: & de omni gradu vbi aliquis adi

tus patet:angeli prodeant diſcurrent ad iudices:blandiãtur mediatoribus:conducant auxiliarios:& modis omnibus elaborent:vt ſedeant cum principibus eo queſtu:vt maledicat deus q̃d ipſi benedixerint:& benedicat quod male dixerint.

Oratio ſecreta in honorem diui Antonij.

Dignare nobis dñe celebrandi myſterij effectũ impendere ſalutarem:& illum tota mente diligere quem beatus Antonius & firmiter credidit: & ardẽter p̃dicauit ſaluatorem Ieſum Chriſtũ dñm noſtrũ.

Epiſtola.VII.Sancti Antonii Abbatis.

Antonius omnibus dilectiſſimis fratribus in domino ſalutem. Nõ deficio memorãs veſtri qui eſtis catholicę mẽbra. Agnoſcere autẽ vos volo dilectionem quã habeo in vobis: Quia nõ eſt corpea:Sed eſt dilectio ſpũs culturę dei. Corporũ quippe noſtrorum amicitia inſubſtantia & inconſtantia:ſæpe ab extraneis ventis. Cuncti vero:qui timent dominum & cuſtodiunt mandata eius ſerui ſunt dei. Sed non eſt in ipſa ſeruitute perfectio niſi ꝙ tantum iuſta tenet: deducens filiorum adoptionem:propter quod et prophętę et Apoſtoli omniſq; ſanctorum chorus deo ſuſcepti vt crederetur ei apoſtolica prędicatio per voluntatem patris vincti Chriſti effecti ſunt. Deniq; Paulus ait. Vinctus Ieſu Chriſti vocatus apoſtolus. Scripta itaq; lex cooperatrix fiat vobis in hoc ſeruitio vſq;quo dominari poſſumus omni vitio:et perficiamur in optimo miniſterio virtutis per apoſtolicum mandatum. Quia ſi prope fuerimus effecti ad accipiẽdum donum tunc dicet nobis Ieſus. Quia iam nõ vocabo vos ſeruos meos: Sed amicos & fratres. Quia quęcũq; nota fecit mihi pater reuelaui vobis. Quotquot enim propoſuerunt:edocti ſunt per ſpiritũ ſanctum:hi cognouerũt

ſemetipſos ſecundũ ſenſualem ſuã extantiã: in ipſa vero ſui cognitione proclamauerũt dicentes. Non enim accepimus ſpiritum ſeruitutis iterum in timore. Sed accepimus ſpiritum filiorum adoptionis in quo clamamus abba pater vt cognoſcamus quanta nobis donauerit deus. Quia et filii ſumus et hæredes. Hæredes quidem dei: cohæredes ſanctorũ. Fratres dilectiſſimi: et cohæredes ſanctorum omnis virtus non eſt aliena vobis ſed veſtra exiſtit. Si tamen inculpabiles ſitis a mala vita. Deo autem manifeſti: In mala enim anima non intrabit ſpiritus dei: nec habitabit in corpore ſubdito peccatis. Sancta quippe eſt virtus fugiens ab omni dolo. Vere dilectiſſimi: quia ſicut rationabilibus ſcribo vobis: et quaſi potẽtibus cognoſcere voſmetipſos. Quia qui ſemetipſum cognouerit deum cognouit. Qui vero cognouerit deum hunc adorare debet ſicut oportet. Et chariſſimi in domino cognoſcite voſmetipſos. Quia qui ſemetipſos cognoſcunt: et tempus cognouerunt: qui vero cognouerunt tempus ii poterunt ſtatuere ſemetipſos immobiles a diuerſitate linguarum. De Arrio vero qui in Alexandria ſurrexit et loqtur aliena verba de vnigenito: cui q̃ eſt et qui ſine tempore eſt: tempus non adſciuit: et ineffabilis finem inter creaturas non dedit: immobilis immobilitatem non affixit.

Commentarium Champerianũ in ſeptimam & vltimam Diui Antonij abbatis Epiſtolam.

ANtoniꝰ deo dignus abbas in capite ſeptimæ epiſtolæ: ſanctam præmittit ſalutationẽ. Agnoſcere autem vos volo (inquit) dilectionem quã habeo in vobis quia non eſt corporea. Sed eſt dilectio ſpiritus culturę dei. Corporum quippe noſtrorũ amicitia in ſubſtantia & in conſtantia ſępe ab extraneis ventis. Quoniam ſecundum qđ dictum eſt in decimo pſalmo. Qui diligit iniq̃tatẽ odit animam ſuam: & ſecundũ qđ in prouerbijs dicitur. Qui repellit

diſciplinā odit ſeipſum: manifeſtum eſt (infit Origenes) qm̄ nemo diligens iniquitatem diligit proximum ſuū ſicut ſe ipſum: cum nec ſeipſum diligat. Et nemo repellens diſciplinam diligit proximum ſuū ſicut ſeipſum: quippe qui nec ſeipſum diligit: & ita fit vt qui diligit iniquitatem: odit animā ſuā: nec poſſit ſeruare ſecundū mādatum. Similiter & qui repellit diſciplinam peccatum diligit: ideo & q repellit aliquod verbū diſciplinę: dei: odit animam ſuā. Igitur ſi hęc ita ſe habent ſicut ſecūdū Antoniū dicitur aliquis carnalis amor quē cupidinem appellauerunt poetę: ſecundum quem qui amat in carne ſeminat: ita ſecundum eundem eſt quidam ſpiritualis amor ſecundum quem ille interior homo amans in ſpiritu ſeminat. Conſequēter ergo ſecundum Antoniū ſolus amor ille probabilis eſt: qui vt inquit Origenes deo & animi virtutibus coaptatur. Et hoc ita ſe habere definitione ipſius ſaluatoris oſtenditur: vbi interrogatus a quodam: qđ eſſet mandatum omnium maximum: & primum in lege: reſpondit. Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo: & ex tota anima tua: & ex totis viribus tuis. Secundū vero ſimile illi. Diliges proximum tuum ſicut teipſum. Et adiecit: in his duobus mandatis omnis lex pendet & prophetæ. oſtendens per hæc duo iuſtū amorem: legitimūq; conſtare: atq; in his vniuerſam legem: propheta ſq; pendere. Sed & qđ ait non adulteraberis: non occides: nō furtū facies non falſum teſtimoniū dices: & ſi qđ aliud mandatum in hoc verbo inſtauratur: in quo ait. Diliges proximum tuum ſicut teip̄m. Sic ergo in charitatis perfectione: & omne mandatum compleri dicitur: & legis virtus prophetarumq; pendere. Propter iſtud charitatis vel amoris bonū, ſancti nec in tribulatione anguſtiant: nec eporiati exaporiantur: nec deiecti pereunt: ſed qđ in pręſenti & momentaneum: & leuis tribulationis eſt: ſupra modum æternum gloriæ pondus operatur illis. Non enim omnibus ſed Antonio & iis qui ei ſimiles ſunt pręſens hæc momentanea: ac leuis dicitur tribulatio: quia perfectam charitatem dei in Chriſto Ieſu per ſpiritum ſanctum habent in corde ſuo diffuſam. Sic deniq; & Iacob. Patriarcham amor Rachel per ſeptem annos cōtinuos in laboribus poſitū diurni ęſtus: & nocturni frigoris vſtionem: ſentire non ſiuit. Sic ipſum Paulum in amore huius incenſum audio dicētem. Charitas omnia patitur: omnia credit: omnia ſperat: omnia tolerat: charitas nunq̄ cadit. Nihil ergo eſt qđ non toleret qui perfecte diligit. Scripta itaq; lex (infit Antonius) cooperatrix fiat vobis in hoc ſeruitio onus vſq; quo dominari poſſumus omni vitio & perficiamur in optimo miniſterio virtutis per apoſtolicū mandatū. Quia ſi p̄pe fuerim⁹ effecti ad acci

Origeñ i Mattheū Homilia xxiij.

Diuus Antoni⁹ Origenes in cātica cāticorū Homilía. ij.

Charitatis pfectio

Diuus Antoni⁹

piendũ donum: tunc dicet nobis Ieſus. Quia iam non vocabo vos ſeruos meos: Sed amicos & fratres. Quia quęcunq; nota fecit mihi pater reuelaui vobis. Quotquot enim propoſuerunt: edocti ſunt p ſpiritum ſanctum hi cognouerunt ſemetipſos ſecundum ſenſualẽ ſuam extantiam. Aduerſitates etiam quæ in ſanctis fuere fecit ſeipſos cognoſcere. Xenophon auctor eſt Crœſo ditiſſimo ac famatiſſimo lydorum regi Apollinem Delphicum reſpondiſſe: Teipſum cognoſcens felix Crœſe eris. Hæc vox licet a mẽdace immo a mendacij patre prodierit: adeo tamen vera eſt: vt per eam crediderit ſuæ falſitati poſſe veritatis cultum induci. Diabolus namq; ex paucis veris quæ loquitur ſuo mendacio velamen obtendit: & falſis vera quaſi mucronem haſtę pręfigit. Vnde Lactantiꝰ inquit venena nõ dantur niſi melle circunlita & mala non nocent: niſi ſub ſpecie vmbraq; virtutum. Vera igitur illa vox eſt. Teipſum cognoſcens felix Creſe eris. Nam cum quis ſe diligenter explorat: & quid ac quanti ſit æſtimat continuo ad deum cum Iob clamat: contra folium qđ vento rapitur oſtendis potentiam tuam: & ſtipulam ſiccam perſequeris Et ego quaſi putredo conſumendus ſum: & quaſi veſtimentum qđ comedit a tinea. Et illud. Breues dies hominis ſunt: numerus menſium eius apud te eſt. Conſtituiſti terminos eius: qui pręteriri nõ poterunt. Et illud pſalmiſtę. Dies annorũ noſtrorum in ipſis ſcilicet diebus ſeptuaginta anni. Nam in vita noſtra omnino ſeptuaginta vt plurimum anni ſunt: ſi autem in potẽtatibus: hoc eſt ſi de potẽtibus & corpore robuſtis loquimur: octoginta anni ſupple ſunt in diebus noſtris. Nec huic ſentẽtiæ cõtrariũ eſt qđ dicitur in Ieſu filio Sirach. Omnis potentatus vita breuis. Id eñ de potentia principatus intelligit: ſequitur & in pſalmo & amplius: hoc eſt ſi diutius ſuperuiuamus: qđ ſupereſt vitę: labor & dolor eſt. Hoc eſt qđ poeta inqt. Optima quęq; dies miſeris mortalibus ęui Prima fugit: ſubeunt morbi triſtiſq; ſenectus. Et labor: & durę ſubit inclemẽtia mortis. In ipſa vero ſui cognitione: vt inquit Antonius proclamauerunt patres dicẽtes. Non enim accepimus ſpiritum ſeruitutis iterum in timore: ſed accepimus ſpiritum filiorum adoptiõis in quo clamamus Abba id eſt pater. vt cognoſcamus quãta nobis donauerit deus. Quia & filij ſumus: & hæredes: hęredes qdẽ dei: cohęredes ſanctorũ. Fratres dilectiſſimi & cohęredes ſanctorum. omnis virtus nõ eſt aliena vobis: ſed veſtra exiſtit: ſi tamen inculpabiles ſitis a mala vita: deo autem manifeſti. In malã enim animã non intrabit ſpiritus dei: nec inhabitabit in corpore ſubdito peccatis. Nec prodeſt hominis gratia: cum

Crœſi hiſtoria.

Quid cognitio ſui

Chriſtus huiuſmodi animam tanq̃ abiectam non recipiat in coniugium. neq; viduam accipiet: neq; eiectam neq; pollutam. Polluta dicitur inquit Origenes: quæ etiam ſi non ex integro compleuit peccatum: tamen hoc ipſo cogitauit: ꝙ voluit: ꝙ optauit: etiam ſi non admiſit. Polluta eſt. & a magno pontifice non eligitur: valde enim puram: valde mundam: & ſynceram requirit animam: quam ſibi iūgat quia qui ſe iunxerit domino vnus ſpiritus eſt. Vnde etiam hoc oſtenditur: ꝙ ſint differentię peccatorum: & qui peccauerit peccatū ad mortem: abiectus ſit. Qui autem non peccat ad mortem: ſed inferius aliquid pollutus ſit: ſponſa autem Chriſti: neq; abiecta: neq; polluta poteſt eſſe: ſed virgo: incontaminata: incorrupta & munda. Memento enim ſermonis apoſtolici dicentis: vt exhibeat ipſe ſibi glorioſam eccleſiam: non habentem maculam: neq; rugam aut aliquid huiuſmodi: ſed vt ſit ſancta: & immaculata. De peccato ad mortem loquitur diuus Iohannes in prima epiſtola catholica capite quinto cum inquit. Qui ſcit fratrem ſuum peccare peccatum non ad mortem: petat & dabitur ei vita peccanti non ad mortem. Eſt peccatum ad mortem: non pro illo dico vt roget quis. Omnis iniquitas peccatum eſt & eſt peccatum ad mortem. Quid vero ſit peccatum ad mortem apud diuum Iohānem non ſatis explicatum eſt. Diuus tamen Auguſtinus libr. retractationum capi. xix. dixit eſſe peccatum blaſphemię qđ ſecundum eundem eſt finalis impœnitentia. Quis diuus Ambroſius videatur non idem ſapere vt latius in libro noſtro de mirabilibus ſacrę ſcripturę & dilutius: declarauimus capite de blaſphemia. Sed & meretricem inquit Origenes non accipiet deus. Quæ eſt anima meretrix: quæ ad ſe recipit amatores: de quibus dixit propheta: Meretricata es poſt amatores tuos. Qui ſint iſti amatores: qui intrant ad animam meretricem: niſi contrarię poteſtates & dæmones: qui deſiderium capiunt pulchritudinis eius: pulchra nanq; a deo creata eſt anima & ſatis decora. Audi quomodo ipſe deus dixit. Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram: vide cuius decoris: cuius pulchritudinis eſt anima quæ imaginem habet & ſimilitudinem dei. Hanc pulchritudinem contrarię poteſtates cū aſpiciunt: id eſt diabolus & angeli eiꝰ: cō cupiſcūt ſpeciē ipſius: & qa nō poſſunt ſpōſi eiꝰ fieri meretricari cupiūt cū ea. Si ergo ſuſcepis o hōi cubile aīę tuę adulterū diabolū meretricata eſt aīa tua cū diabolo. Si receperis angelos eiꝰ: ſi ſpiritus diuerſos: qui peccare te ſuadeāt: meretricata eſt cū eis aīa tua. Si ſpūs irę: ſi inuidię: ſi ſuꝑbię: ſi impudicitię: ingreſſus fuerit ad aīam tuā: &

Quid peccatum ad mortem.

Origenes in eodem ſup leuiticum.

Quæ ſit aīa meretrix.

receperis eum:& conſenſeris ei loquenti in corde tuo:delectatus fueris iis: quæ tibi ſecundum ſuam mentem ſuggerit. meretricatus es cum eo. Meretricem ergo non accipiet ſacerdos magnus:& non contaminabit ſemen ſuum in populo ſuo. Quid eſt iſtud ſemen:quod contaminari non vult? In euangelijs ſcriptum eſt. Qui ſeminat verbum ſeminat. Non vult ergo contaminari verbum dei ab iis qui ſeminant. Qui ſunt ergo qui ſeminant? qui verbum dei in eccleſia proferunt. Concipit ergo anima ex hoc verbi ſemine: & conceptum format in ſe verbum: donec pariat ſpiritum timoris dei. Sic enim per prophetam dicunt animæ ſanctorum? A timore tuo domine concepimus in vtero & parturiuimus: & peperimus ſpiritum ſalutis tuæ: quem fecimus ſuper terram. Iſte vt Origenes ſcribit eſt ſanctarū animarum partus: iſte conceptus: iſta ſunt ſancta coniugia: quæ conueniūt & apta ſunt magno pōtifici Chriſto Ieſu domino noſtro. Quare iterando infert diuus Antonius quæ in alijs epiſtolis dixerat. vere dilectiſſimi: quia ſicut rationabilibus ſcribo vobis: & quaſi potentibus cognoſcere voſmetipſos. Quia qui ſemetipſum cognouerit: deum cognouit. Vnius Chilonis ſcilicet ex ſeptem quos apud græcos ſingulares fuiſſe in ſapientia fama concelebrat: hæc inter cætera (vt in ſuperioribus iam recitatum eſt epiſtolis) mirabilis fertur eſſe ſententia: qua ait. Scito teipſum vel cognoſce teipſum. Quid tamen Salomon quē cōſtat pceſſiſſe omnes hos tēpore: & ſapientia: ac rerum ſcientia: ad animam quaſi ad mulierem ſub cōminatione quadam loquens dicit: Niſi cognoueris temetipſam o pulchra inter mulieres,& agnoueris pulchritudinis tuæ cauſas inde deſcendere: non enim ex comparatione inferiorum: volo bonam videri pulchritudinem tuam: ſed vt tibiipſi & decori tuo collata: atqȝ exæquata reſpondeas. Quid niſi feceris: iubeo te exire & in vltimis gregū veſtigijs collocari: & iam non oues: neqȝ agnos: ſed hœdos paſcere: illos ſcilicet qui ꝓ prauitate & laſciuia a ſiniſtris ſtatuēdi ſunt regis in iudicio preſidentis.& cum tibi introductę in cubiculum regum oſtēderim: quæ ſumma ſunt bona: ſi non cognoueris temetipſam: oſtendam tibi etiam quæ ſunt vltima mala: vt ex vtroqȝ proficias tam malorum metu: q̄ bonorum deſiderio. Quomodo ergo anima cognoſcat ſemetipſam: nec facile puto: nec breuiter explicari poſſe: tamen pauca ex multis ex Origene Adamantio aperire tentabimus. Videtur (inquit) mihi duplici modo agnitionem ſui animam capere debere: Quid quidem ſit ipſa: & qualiter moueatur: id eſt quid in ſubſtātia: & quid in affectu habeat: vt puta vt intelligat ſi boni affectus ſit an non boni: aut recti propoſiti an non recti: & quidem ſi recti ſit: ſi

Iterū de cognitione ſui pulcherrima lectio.

Mod⁹ cognoſcēdi ſeipm ex homilia ij. Origeñ in cantica cāticorū.

erga omnes virtutes eundem tenorem habeat tã in intelligendo: q̄ in
agendo: an erga neceſſaria tantum & quę in promptu ſunt. Et vtrum
in eo ſit vt recipiat profectus: vt augeatur in intellectu rerũ: augmen
toq; virtutũ: an in iſto ſtet, & reſideat in qđ potuit peruenire. & vtrũ
erga ſemetipſam tantummodo vacet excolendam: an vt alijs pro-
deſſe: & conferre aliquid vtilitatis ſtudeat: vel in verbo doctrinę: vel
in exemplis geſtorum poſt ſe. Si vero cognoſcat ſemetipſam non
eſſe boni affectus: neq; recti propoſiti in hoc ipſo: vt intelligat vtrũ
ei ſatis deſit: & procul a via virtutum ſit: an in ipſa iam poſita ſit: ſci-
atq; viuere & incedere iam conetur: cupiens quæ in ante ſunt apprę-
hendere: & quæ retro ſunt obliuiſci: ſed nondum appropinquauerit.
aut proxima quidem ſit: nondum tamen ad perfectionem venerit.
Sed & vtrum in eo opus videtur eſſe animæ cognoſcentis ſemetip-
ſam: ſcire ſi hæc ipſa quæ operatur mala ex affectu & ſtudio opere-
tur: an fragilitate quadam: Et vt Salomon ait: quod quaſi non vult
agens: & quæ odit faciens: & rurſus ea quæ bona ſunt affectibus: &
recto propoſito gerere videatur. verbi gratia ſi iracundiam apud ali-
quos quidem cohibet: apud aliquos autem effert: an ſemper eam co
hibet: & apud nullum omnino profert. Similiter & iuſtitiam: ſi in ali
quibus quidem negotijs reijcit: in aliquibus autem recipit an in om-
nibus omnino non recipit: ita & timorem: aliaq; ſimiliter quæ vir-
tutibus vidẽtur eſſe cõtraria. Adhuc & iſtud opus eſt animę cognoſ
centis ſe ſi gloriæ multum cupida ſit: aut parum aut omnino nihil.
Qđ inde colligit ſi laudibus multum: aut mediocriter delectetur: aut
omnino nihil. Et ſi in opprobrijs ſatis: aut parum: aut omnino nihil
contriſtetur. Sed in dando: & accipiendo cognoſcentis animę ſemet
ipſam ſunt quædam indicia: ſi quod tribuit: præbuit ita communi-
cabili affectu: quaſi cui æquitatem habere inter homines placeat:
An (vt ait Salomon) ex triſtitia: aut neceſſitate: vel certe gratiam ſi-
ue ab accipientibus: ſiue ab audientibus quęrens. Sed & in accipien- Salomõ.
do anima quæ cognoſcit ſemetipſam obſeruabit: vtrum indifferen-
ter habeat quæ accipit an velut ſuper aliquo bono gaudeat. Sed &
intellectu penſabit ſemetipſam huiuſmodi anima: vt agnoſcat an
facile moueatur cuiuſcunq; veri ſimilis indicio: & ſurrepatur ei arte:
vel ſuauitate: vel calliditate ſermonum: an raro hoc: an nunq̄ omni-
no patiatur. Sed ſufficiant hæc in hoc agnitionis genere a nobis di-
cta. De Arrio vero (infit Antonius) qui in Alexandria ſurrexit & lo Diuꝰ An
quitur aliena verba de vnigenito cuiq; & qui ſine tempore eſt: tem- toniꝰ de
pus non adſciuit & ineffabilis finem inter creaturas non dedit: Im- Arrio hæ
mobilis immobilitatem non affixit. Fuit Arrius: Euſebio teſte, preſ retico.

byter quidam apud Alexandriam: vir ſpecie & forma magis q̃ vir-
tute religioſus & gloriæ laudiſq3 & nouitatis improbe cupidus: pra-
ua quædam de fide Chriſti proferre & quæ antea in quæſtionem nũ-
q̃ venerãt cœpit. abſcindere eũ ac ſeparare ab illa ęterna & ineffabili
dei patris ſubſtantia vel natura filium conabatur. Quę res plurimos
in eccleſia conturbabat. Sed cum Alexander epiſcopus natura lenis
& quietus aſſiduis cõmonitionibus Arrium cuperet a prauo incœ-
pto: & aſſertionibus impijs reuocare: nec tamen res ex ſententia pro-
cederet (q3 pleroſq3 iam contagio peſtiferę aſſertionis infecerat: non
ſolum apud Alexandriam: verum,& per alias vrbes prouinciaſq3
diſperſę) pernicioſum fore credens ſi diſſimularet: alijs plurimis cõ
ſacerdotibus ſuis rem indicat. Quæſtio latius innoteſcit: ſermo vſq3
ad aures religioſi principis (quippe qui in omni ſtudio & diligentia
curaret quę noſtra ſunt) peruenit. Tum ille ex ſententia ſacerdotum
apud vrbem Nicęam epiſcopale concilium conuocat: ibiq3 Arrium
trecentis &.xviij. epiſcopis reſidentibus adeſſe iubet: ac de eius pro-
poſitionibus & quæſtionibus iudicari: Beatus vero Antonius de
Thebaide Alexandriam aduerſus hunc Arrium deſcendit: & Atha
naſij fidem contra Arrianos confirmauit. Non eſt igitur idonea cau
ſa cur aliquis diuum Antonium theologiæ ignarum fuiſſe cenſeat.
Nam ſi ſic haberet: Aegypti ſacerdotes Antonium vt fidei Magni
Athanaſij teſtimoniũ daret aduerſum Arrianos non conuocaſſent.
Eodem argumento & Athanaſius & Didymus cæteriq3 Aegyptij
qui Antonium conuocarũt theologiæ rudes dicerentur. Quod qui-
dem opinari non eſſet viri ſanę mentis: nedum docti & prudentis.
Qđ autem ita ſit demonſtrat diuus Hieronymus: qui in libro de vi-
ris illuſtribus in numero & cœtu virorum illuſtrium reponit diuum
Antonium. Verum de Arrio & hæreſi Arrianorum Pelagio Simo-
ne Mago. Manichęo, Menandro, Baſilide, Saturnino, Cherintho,
Ebeone, Harpocrate, Nicolao, Cerdone, Martione, Phygello, Her-
mogene, Gnoſticis: & huiuſmodi odioſis nominibus: ſi qui cognoſ-
cere plus volunt Hereneum Lugdunenſem Auguſtinum Ambro-
ſium & Epiphanium legant: de quibus latius libro ſecundo de reli-
gione chriſtiana: ſcripſimus. præſtat tamen ſolius Antonij pietatem
audire: q̃ omniũ hæreticorum libros luſtraſſe: niſi qui tam forte ſe-
cum fert fidei antidotum: vt aduerſus omne obluctari poſſit vene-
num. Poſt igitur taxatos impietatis viros: gratiam dei quæ eſt prin-
cipium,& finis noſtræ conſummationis in calce ſeptimæ & vltimæ
diui patris Antonij epiſtolę: pro noſtra conſuetudine imprecamur.
Cuius nos totius gratiæ largitor & author Chriſtus Ieſus dominus

noſter participes efficiat: qui ante omnia ſecula genitus in ſplendore ſanctorum omniũ: benedictus & ſuperbenedictus ſit: ſicut eſt: fuit & erit ab omnibus ſanctis in omnia ſecula. Cui pro ſuo munere & exacto opere cum æterno patre & infuſore ſuper bono ſpiritu: omnis honor virtus & gloria & gratiarum actio in omnia ſecula ſeculorum. Amen.

¶ Oratio ſecreta in honorem diui Antonij.

¶ Refectos domine ſanctis ac ſalutaribus ſacramentis fac nos quę ſumus per interceſſionẽ beati Antonij: cuius hodie natalitia celebramus & deſpicere ſemper terrenam labem: & æternum atq; incommutabile bonum tota mentis dilectione complecti. Per dominũ noſtrũ Ieſum Chriſtum.

¶ Sequitur Antoniorum Catalogus.

¶ Antoniorum duplex familia videlicet Gentilium & Chriſtianorum.

¶ Gentiles.

Antonius Herculis filius.
Antonius triumuir conſul Marcus Antonius appellatus.
Antonius Pius Imperator.
Antonius verus imperator: Gener pij.
Antonius Cõmodus.

¶ Chriſtiani.

Antonius Aegyptius abbas vir ſanctiſſimus.
Antonius de Padua vir diuinus ordinis beati Franciſci.
Antonius archiepiſcopus Florentinus ordinis diui Dominici.
Antonius de Butrio Bononienſis in vtroq; iure doctiſſimus.
Antonius Cermiſonus medicinæ monarcha.
Antonius Guaynerius medicus celeberrimus Papienſis.
Antonius Roſellus vtriuſq; iuris doctor egregius Ethruſcus.

¶ Hectorem Dalli: patria Auernũ ſanctæ apoſtolicæ ſedis Protonotarium: eccleſię ſancti Iuliani Briuatenſis Canonicum digniſſimũ Symphorianus Camperius plurima iubet ſalute impertiri.

Symphoriani Champerii Epiſtola

ACcepi tandem quas diu deſideraram a te literas:
cumq; ijs ſimul diui patris Antonij epiſtolas ſe
ptem:quas ſacer Theodorus totius monaſticæ
Archipręſul communicauerat. Quorum vtrũq;
tam iucundum mihi fuit: q̃ qđ iucundiſſimum.
præcidiſti mihi dubitationẽ :quæ paracerbe ani
mum turbabat. Mirifice lætatus ſum:cum audi=
ui tui ingenij literas teſtes veras ſeruatę amicitiæ:
quę quia mihi non erant redditę:tuli iniquo aio. Nã cõſcius laborum
tuorum:quos & in ſuperandis cæteris periculis:& tranſeundis Bur=
gundiorum paludibus:maximos perpeſſus eras diui Antonij epi=
ſtolas auidius expectabam: vt reducẽ te & incolumẽ reuertiſſe in lo=
tharingiam : poſſim ſolidius gaudere. Itaq; tabellionum vitio fa=
ctum eſt: vt in eam ſuſpitionem perducerer:& te accuſarem iniuria.
Quis difficile credam tantam amicitiam:tam cito obſolere : cuius
optime iacta eſſent fundamenta. Venio igitur ad diui Antonij epi=
ſtolas:quas & ægyptiace ſcriptas & gręce interpretatas nuper vero
a Valerio de ſaraſio latine ſcriptas ad me miſiſti. Quarum grauitatẽ
ne an ſuauitatem plus admirer:neſcio. nãq; aptiſſime exorditur An
tonius:lucide prophetarum narrat hiſtorias : innehitur acriter: varie
ornat:artificioſe complectitur:tã apte:tam ornate:tam copioſe:tam
pulchre in epiſtolis orauit Antonius. Quid hac Antoniana oratio=
ne perfectius? Quid abſolutiꝰ? Quis modus? Quis ordo? Nunq̃ mi
Hector ęque delectatus ſum. Huius Antonij vitam ſcripſit Athana
ſius teſtatꝰ ꝙ viſitauit Maximinũ imperatorẽ vt martyr fieret,& vi=
dit in ſpiritu futurum ſcãdalum eccleſię per Iulianum apoſtatam de
Chriſtiano futurum paganum: abhinc deſcendens per Thebaidam
viſitauit Dydimum epiſcopum Alexandriæ : a natiuitate cæcum:
Paulum primũ eremitã deo iubẽte ſepeliuit. Obijt autẽ hic ſanctiſ=
ſimus pater omni p̄conio dignus:in thebaida anno domini. Ccclx.
ætatis ſuæ anno centeſimoquinto : cuius cum corpus diu latuiſſet
poſtea imperante magno imperatore diuina reuelatione repertum
fuit. Et ex Thebaida Alexãdriam primo delatũ:poſtea in galliam al
lobrogum trãſlatũ : prope Viennã: vbi condigno honore:nũc vſq;
requieſcit. qđ a ſummis pontificibus:Innocentio octauo & Alexã
dro ſexto fuit confirmatum vt latius poſtea declarabimus. Multa
de huius viri ſanctimonia: dici poſſunt. Spero fore: vt ſub noſtra
opaca buxo iucundiſſime cõferamus:qua nõ minus delectari cõſue
uimꝰ: q̃ vt eſt apud platonẽ ſub platano oli Socrates. Sed huiꝰ vm
brã Hector procul fugiã donec vterq; noſtrũ alterũ cõplexus:dulcia

ſimul repetat alloquia. hæc vero hactenus. Q igitur pulcherrimas mihi diui Antonij epiſtolas dono dederis maximũ monumentum ac pignus amoris ago tibi Hector dalli gratias q̄d vt q̄ ſępiſſime faciam te vehementer oro. delector enim mirifice: vt Ariſtarchus Homeri verſibus: quem vnum præſtantiſſimũ inter cæteros græcos fuiſſe conſtat. Vale. & Theodoro præſuli celeberrimo viro probo & noſtri amantiſſimo: Age quæſo gratiam meo nomine diligẽter: quãdo in me adeo beneficus eſt: & nos ſedulo diligit.

¶ Nicolaus Volkyrus Sereniſſimi & illuſtriſſimi Calabriæ ¶ Lathoringiæ ac Barri ducis Antonij a ſecretis Antonio ¶ Champerio infanti bimulo Salutem dicit plurimam.

NOn ſolũ (crede mihi parue puer) Symphoriani Champerij patris tui medicorum omniũ clariſſimi decus, aut eloquentię fulgor: neq̃ p̄clara dũtaxat illuſtriſſimi Calabriæ Lotharingiæ ac Barri ducis (cui⁹ ex ſacro baptiſmatis fonte nomen refers) facinora: verũetiã diui Antonij abbatis vita ſingularis a plerisq̃ doctorib⁹ ſcite repoſita me ad id ſubeũdũ munus perpulit: vt videlicet a patre (q̄uis ſępiuſcule renuerim) rogatus: hoc (quãtulũcũq̃ ſit) Epiſtolio te donarem: quo adhuc in cunabulis vagientem te: ad optimos huius religioſiſſimi viri mores & vitæ ſanctitudinẽ: vel ad illorum vtpote patris: & patrini ducis optimi clariſſimiq̃ virtutes (vbi tamen ætate paulo prouectior eris) manibus & pedibus amplectendas animarẽ: nec id ipſum perſequi conarer. ni tuũ erga te genitorẽ per q̄ ſollicitũ cognouiſſem: ex quo nullius rei literariæ capax eſt tenella hæc tua ætas: arbitrabamur nihilominus id nũc optime potẽtia fieri: q̄d poſthac deo bene iuuãte vbi bonarũ cupidior l̃rarũ euaſeris: & actu ac intellectu vegetiore faciẽs: nũq̄ ſatis laudãda lectitabis ſancti Antonij documẽta: q̄d ſalubre multis: tibiq̃ p̄ſertim cõducibile futurũ ſperamus. Itaq̃ propera infantule mi ingenioli capeſſere cultũ & flores animi fulgentis: q̄d ſi feceris: reuera Genitori omniũ profecto horarũ homini atq̃ diſciplinarũ interp̄ti q̄ ſimillimus videberis. vel ſi te ſub Martis forſan horoſcopo natũ: nõnũq̄ armorũ ſonitus delectabit: nihil indignũ cõmiſeris. quãdo q̄dẽ eũ q̄ te ſanctiſſimo regenerationis lauacro ſaluũ voluit: patrinũ Ducẽ Antoniũ ſanguine prudẽtia: fortitudine ſplendidiſſimũ: cõtinuo ac enixiſſime p̄ patria & ſubditorũ ſalute laborantẽ imitari ſtudebis: verũ patre refe-

Hi vt plurimũ nos ad ſcribẽdum alliciunt:

Liberi parentũ virtutes imitari debẽt

Natiuitas teſte Iulio firmico facit ad mores & vitam.

rēte tot heroes, ip̄m referas, mallē: q te in ocio literario: nō claſſico ſtrepitu felici⁹ educari ꝓuidebit: neqꝫ diceris vnq̃ turpiter ab optimis parētū morib⁹ degenerare velle: ſalutiferā p̄ris expectās benedictionē. Q m̄ ſi voles: Ouidio ꝑcinēte doctior eris: cū inqt: dedecus eſt natis claros habuiſſe parētes. Ni ſtudeāt claris patribus eē pares. huic etiā aſtipulat̄ ſentētię cādidiſſimi vatis verbū: patrē ſequit̄ ſua proles. veriſſime nimirū Cicero: totius iniuſtitiæ: nullā capitaliorē q̃ eorū q tū cū maxime fallūt: id agūt vt viri boni eē videant̄. Per q̃ ſancte dicere ſolebat Socrates recta eos & expedita ad gloriā via ꝑuenire: q id agerent vt quales videri vellēt tales etiā eſſent: monēs apte ea ſentētia vt virtuti quiſqꝫ potius q̃ vmbrę ei⁹ inniteret̄. Quā ſanctius vero faciebat Cato: q Socratis p̄ceptū opere etiā ſupergrediens: malebat (vt Criſpus ait) bonus eē q̃ videri. Quare nō imerito parētes ſummoꝑe eniti debēt: vt ſe virtutis oim genere cōponāt: atqꝫ exornēt filioꝝ ſaltē cauſa: q cū oia q̄ oculis excipiūt ſimiarū more imitētur: Ita q̄cūqꝫ a parētibus (maxime quorū p̄ſentior eſt cōuerſatio) fieri viderint: ad vnguē etiā facere aſſuefiūt: aſſuefactiqꝫ demū (tāta eſt vis cōſuetudinis) perpetuo ita vti primo imbuti fuerūt: quaſi ſecretiore quadā vi naturę cogēte ꝑſeuerāt. Solēt etiā (vt Cyprianus Carthaginēſis martyr ad Corneliū papā ait) matres infantulis nuꝑ editis i ipſo vitę itroitu aptare vocabula: & ex aliqb⁹ p̄cedētibus vel circūſtātibus cauſis: vel ex gn̄e: vel ex euētibus iponere noia: vt. ſ. i ipſis primordialibus initijs q̄dā p̄figerētur cōmonitoria: ingrediētib⁹ vitā ne nomē eis eēt ad ignominiā: ſi originalis naturę traductio a cōſueto limite deuiaret: & a virtute patrū degenerās indigna ſucceſſio: monſtri nō hois faciē exhiberet. Nā olim tumultuarie vel icōſiderate noia reb⁹ iponebant̄. ſed ex quo ad Adā adducta ſunt ſingula: vt vocaret ea & ꝓpria iponeret noia: ꝓuiſum eſt a primis ipoſitorib⁹ vt aliqua eēt i vocabulis ratio: & iterp̄tarent̄ noia vitā: & exprimerēt aliquā ꝑſonę ꝓprietatē ſecundū quā vel differret a ceteris: vel etiā cōicaret. Sic in patriarcharū noibus Abrahā, Yſaac, & Iacob: magnarū extitere rerū indicia: & ꝓloq̄bant̄ vētura: nec deerat ipoſitorib⁹ noim ſcd̄m ſenſum ſuū effectuū certitudo. Apud gētiles etiā nō modo i noibus verū etiā i imaginibus: poſtmodo a viris illuſtribus obſeruatū eſt: vt nobilitas generis vel virtutis gloria: poſteros illuſtraret. Nō eſt ergo cōtemnēda parētibus bene viuēdi cura: quo p̄ſertim eorū auctoritatē rerformidantes filij quæ meliora ſunt vltro amplectātur: quę vero deteriora deuitent. Nā ſi P. Scipionē, & Q. Fabiū accepimus (id qd̄ p̄ſtātiſſimus etiā quiſqꝫ facit) dū magnorū virorum imaginibus inſpiciendis animū intēderent q̃ maxime ad virtutē: excitari inflāmariqꝫ ſolitos eſſe.

Ouidius.
Cicero.
Socrates
Cato Socratis p̄ceptū opere ſupergrediens.
Criſpus.
Parētes liberorum cā virtutib⁹ ſeſe exornent.
Cyprian⁹ Carthaginēſis martyr ad corneliū papam.
Quonā pacto nomina reb⁹ imponebātur.
Patriarchę Abrahā Yſaac Iacob.
P. Scipio Q. Fabi⁹

Si & Iulius Cæſar inſpecta Alexandri imagine plurimũ & ipſe magnarũ rerũ gloria incẽſus eſt: qđ eſſe poterit efficacius exẽplũ q̃ viua ſpiranſq; vox: ſimul & facies parentũ: quoſve pponere ſibi idoneos magis filij q̃ parẽtes poſſunt: q & amore ppẽſiores & cura diligentiores & reuerẽtia digniores & p̃ſentia non modo animo cõpoſita ſed & oculis aſſidue etiã expreſſa frequẽtiores: certioreſq; habebũtur. Placuit Symphoriano tuo vt his de noim impoſitorib⁹ paulo pfuſius differeremus. Quoniã Plato in Cratilo & Ariſtoteles in interp̃tationũ Codice, noia rebus poſita eſſe inſtituto nõ natura ſentire vidẽtur: quã Hippocrates ætate prior habuit ſentẽtiã: & pleriq; cũ philoſophicũ medici nũq̃ pœnitẽdę eruditionis hoies tenuere: tametſi doctiſſimi Varronis ſup Analogiis nominũ (quas ridicule q dẽ e cœlo deſcẽdiſſe fingit) mentẽ reticendã hoc loco ſentiã: vtq; ad rem veniamus pauca ſubiungã. Animus noſter veluti cãpus aut ager ſolerti quidẽ hoim cura venit excolẽdus. Ager ẽm (vt ait. M. T. Cicero) q̃uis de ſe fertilis videatur ſine cultura tamen fructuoſus eſſe nõ poteſt: neq; animus abſq; doctrina licet optimę indolis homo ab omnibus iudicetur, vera etẽm animi cultura philoſophia eſt: quę radicitus vitia ex ſtirpat: ac q; ſatus recipiẽdos mẽtẽ animũq; pellicit. Quo fit mi Antoni: vt a campo feraci lubẽs camperiũ nomen ſumas: q Ataui tui Lugdunenſes Camperiani & pater ipſe Camperius tãq̃ totus in plano muſis literarijs deuotus: merito nũcupet: quẽ velim noctu dieq; imiteris. vel ſi quãdoq; abſens: patris abſenti nõ vſq; adeo recordaberis. Et cũ a ſũmis philoſophis paſſim admoneamur pponere nobis bonũ quẽpiã virũ quo tãq̃ p̃ſenti & ſpectãte oĩa & loqui & agere niſi modeſte & ſancte vereamur: nõ aliũ hortor ac moneo q̃ras q̃ diuũ Antoniũ: cuius epiſtolæ ſeptẽ p̃tendẽtes: ab Aegyptiaca lingua in græcã, & poſtremo a græca in latinã per Valeriũ Saraſiũ tranſlatę ſanctiſſimã hoĩs vitã demonſtrant: & ea p̃ſertim: quã ad Arſenoitas ſcribit eius ſanctimoniã: cõprobat: Quib⁹ autẽ pater tuus Symphorianus Cam. ſub clariſſimi viri Theodori Chamũdi Viennẽſis ac totius ordinis Archiabbatis noĩe: a ſe p̃clare editos ſubdidit cõmentarios. Quos vna cũ ſequẽtibus Diui Ignatij epiſtolis: in alma Parrhiſiorũ academia: formis excudẽdos curabit: vt hac donec adoleueris Iacobus Camperius paterno ſanguine tibi iunctus: perdiſcat. Quo poſtea facilius pędagogi: tua p̃cipua cauſa fungatur officio. Eocirca maximopere tibi cauẽdũ puto ne tãdẽ Genitoris optimi doctiſſimiq; p̃cepta refellas. Alioqui filius tãto patre indignus (non ab re) diceris. Vale parue puer: nec tui poſtea immemor ſis Volkyri. Rurſum Vale: ex Nanceio kalendis Septembribus. MDXIIII.

Iulius Cęſar inſpecta Alexãdri imagine incẽſus.

Plato in Cratilo.

Ariſtoteles.

Hippocrates.

Varro.

Animus noſter veluti ager venit excolẽdus.

Cultura animi philoſophia.

Cãperi⁹ vnde.

Valerius Saraſius Antonij paraphraſtes.

Theodorus Chamũdus.

Diui Ignatij epiſtolę.

¶ Antoniorum Cathalogus.

Antoniꝰ filius Herculis.

ANtoniorũ familia Romę nobiliſſima ve- tuſtiſſimaq; fuit: vt pote quę ab Antonio Herculis filio et noĩata et oriunda prodi tur. Ex hac domo fuerũt plurimi quorũ in gẽs fuit aĩus: et natura feruẽs multis ad- iuta ſpiritibꝰ: qualis in hercule. Hi fuerũt forti aĩo atq; elato: q magna ſemp aggreſ- ſi ſunt. Et quorũ vt ſplendida facinora: ſic et enormes caſus audiunt: mediocritatẽ fugiẽtes aut p̃claris facinoribꝰ ſe illu ſtrarũt: aut famoſis ſceleribꝰ ſe ingnarunt. Fuit ex horũ fa- milia Antoniꝰ Marcus: mõ vitiis: mõ virtutibꝰ excellẽs. Ci cero quũ ad dicendũ eſſet potẽtiſſimus: Antoniũ tñ p̃ſentẽ nũq̃ accuſare ẽ auſus: abſentẽ vero mltis criminibꝰ magnaq; inuidia obruit. Fuit et ex hac familia Antoniꝰ pius: q ex ha- driani deceſſu ĩperiũ adeptꝰ eſt: mirã in oĩbꝰ p̃buit æqtatẽ nullꝰ vnq̃ principũ p omne imperii tp̃s ita oĩbus fuit gratꝰ: nemo eius iuſſu interfectꝰ eſt. Dicitur maioris Aphricani il lud ſemper in ore habuiſſe: malle ſe ciuem vnum ſeruare q̃ mille hoſtes pdere. Succeſſit Antonio pio in imperio Anto nius Verus: qui magnꝰ fuit pħus: vir omnibus ſui tempo ris preponẽdus: nunq̃ mutans vultum: imperauit annis de cem. Succeſſit Antonio Vero Antoniꝰ Cõmodus filius eiꝰ paternarum virtutũ hoſtis crudelis: qui a pueritia fuit to- to corpe: oĩ turpitudĩe fœdatꝰ: trecẽtas meretrices ĩ palatio hñs: fortis ſolũ ĩ pugnis beſtiarũ: cõmodꝰ oĩbus ĩcomodis: q ſtrãgulatꝰ fuit cũ magno cõmodo. Et ex nr̃is. ex hoc noĩe pri mꝰ fuit Antoniꝰ: Abbas ſctiſſimꝰ: q ex lectõe euãgelii ad xp̃m cõuerſꝰ: colaphizari ſe dicit a dęmonibꝰ. Addat et btiſſimꝰ Antoniꝰ Hiſpanꝰ a nr̃is de Padua appellatꝰ. ordiſq; minorũ fr̃ ex ciuitate vlyxi bõa oriũdꝰ. vir vtiq; ſctũs et mltis virtu tibꝰ adornatꝰ. Is ĩ baptiſmo ferdinãdꝰ appellatꝰ. Hic glo̾ſus

Antoniꝰ triumuir conſul.

Antoniꝰ pius imperator.

Antoniꝰ verus.

Antoniꝰ Cõmodꝰ.

Antoniꝰ ægyptius Abbas.

Antoniꝰ Diuꝰ dictus de Padua.

pater cognomine de Padua dictus. Cũ ibi prędicans diu requieuit. Et Romę de mandato ſummi pontificis peregrinis plurimis prædicaret: linguã ſic mouit vt tã græci latini galli germani q̃ britanni qui audiebãt clare intelligerent. Et cum Tholoſę Bononię: ac Patauii diu Theologiam egregie docuiſſet clarus miraculis morit̃ patauii. Et a gregorio nono põtifice eas ob res ſtatim in ſanctorum confeſſorum conſortium refertur Anno. M.ccxxxii. Ex hoc nomine fuit Antonius florẽtinus archiepſ ordinis prędicatorum profeſſor hiſtoriarum pater ac Romanæ vrbis olim auditor cauſarum. ſanctiſſimę vitę: & morum vir: & ſacrorum dogmatũ admodum doctus. Qui multa volumina: magno quidẽ cõfecto labore longiſq; lucubrationibus poſteritati reliquit: quæ legentibus atq; audientibus magnam afferunt doctrinam & voluptatem: qui Anno domini. M.cccc.lix. deficiẽs. vi. nonas Maii nõ ſine magna ſanctitatis opinione fuit. cum crebris miraculis claruerit. Eius autem ſanctum corpus ex domo epiſcopali ad ſanctum Marcum ordinis ſui delatum cum magna populorum frequentia & veneratione ſepultũ fuit. Fuit & alius Antonius de butrio patria Bononienſis Petri de Ancharano qui fuit Baldi peruſini auditor contẽporaneꝰ: fuit vir certe doctiſſimꝰ ac vitę ſanctitate inſignis qui prę cæteris decretales & clementinas doctiſſime explanauit: duo repertoria ad ius ciuile canonicumq; pertinentia compoſuit: ac etiam conſiliorum opus poſt ſe reliquit. Sub hoc nomine claruit Antoniꝰ. Cermoſonꝰ Medicinę monarcha qui lectioni ordinarię Padue lõgo tempore pręfuit. Quem ſequentes miris extollunt laudibus. Cõſilia ex viſceribus Auicẽnę ad omnes ęgritudies poſteritati reliq̃t. Diẽ clauſit extremum anno legis gratiæ. M.ccccxli. ſepultus apud ſanctũ Antonium Paduæ. Pariter ſub hoc nomine & alius medicus claruit Antonius Guaynerius appellatꝰ natione papienſis medicus celebratus Qui in medicinis mul

Antoniꝰ ſiue Antoninꝰ florentinus.

Antoniꝰ de Butrio Bononiẽſis.

Antoniꝰ Cermoſomis.

Antoniꝰ Guaynerius.

ta cõpoſuit laude digna. Fuit & alius Antonius: dictus Ro
Antoni⁹ Roſellus ſellus natiõe ethruſcus vir vtiq; bon⁹ & multa prudẽtia ex
iſtimat⁹ iuriũ ciuilis & põtificii ac aliatũ bonarũ artiũ peri
tiſſimus q poſtq̃ multis annis Patauii ius cũ magna glĩa do
cuiſſet ſublat⁹ fuit. ſepultus ad ſanctũ Antoniũ Paduę cum
hoc epitaphio. Antonius Roſellus de rozellis iuris Monar-
cha. Qui cũ egregie doct⁹ eẽt de monarchia & de poteſtate
Papę libros eruditos cõpoſuit & alia. Erat & ĩ iis natura po
tens & fertili terræ perq̃ ſimillima: quæ vna eadẽq; fœcũdi
tate niſi prohibeatur a villico & malas hęrbas & bonas paſ-
Ager fertilis. ſim & promiſcue gignit: manifeſtũ id & in equis: qui eiſdẽ
viribus qbus poſſunt velociter currere: agiliter ſaltare: bel-
latorem ferre: poſſunt & dominũ ferire: & ſeſſorẽ excutere:
& obuios cõculcare. Et eorũ quidẽ qui repugnãtię ſtimulũ
patiũtur gradus ſunt pene in infinitũ abeũtes. Eſt nãq; q te
nui diligẽtia ſupereẽ: eſt q̃ maiorẽ conatũ cõtranitẽtis ratio
nis poſtulet: eſt qui tãto imperio arcẽ rationis impugnet: vt
vix humana reſiſtat infirmitas. Ex his fuerũt Antonii illi
quos citauimus quibus ingẽs erat anim⁹: & natura feruens
multis adiuta ſpiritibus qualis fuerat in Hectore: in Achil-
le: ĩ Hercule: & in aliis qui ſemidei anoſtris a gręcis vero di
Dauid cũtur heroes. Fuit ex horũ numero apud hebræos Dauid:
Salomõ. fuit Salomon pater & filius: ambo modo religione: modo vi
Paulus. tiis excellẽtes: Et ex noſtris Paulus apoſtol⁹ q eccleſiã Chri-
ſti molitus eſt extinguere: & ad Chriſtũ conuerſus de ſti-
mulo carnis conqueritur & colaphizari ſe dicit a Sathana.
Hieronymus. Addã et beatiſſimũ patrẽ Hieronymũ: qui in vaſta ſolitudi
ne cõſtitut⁹ ſibi videbatur choreis intereſſe puellarũ. Et vt
ipſe inquit frigeſcente corpe ſola libidinũ incẽdia bulliebãt.
Antoni⁹ Addere etiã poſſum⁹ et beatiſſimũ patrẽ Antoniũ q etiã in
eremo et vaſta ſolitudie cõſtitut⁹ de ſtimulo Sathanę conq̃
rit: et colaphizari ſe dicit a dęmonibus. quare in epiſtolis in
quit q dom⁹ eſt plena bellis. Pręter hos quos enũerauimus

Fuerunt et alii Antonii tã inter gentes ꝙ̃ Chriſtianos :fuere
tamẽ inter gẽtiles duo pͨcipui videlicet Antonius Caracal-
la impator et Antonius muſa Auguſti medicꝰ. Antonius
Caracalla vir fuit luxurioſus multũ.q papinianũ magnũ iu
riſcõſultũ trucidare fecit qa rephendebat eũ ꝙ duxerat iu-
liã nouercã ſuã in vxorẽ.hic impauit annis quaſi ſex,et occi
ſus eſt apud Cauras inſidiis Macrini pfecti. Fuit et Macrinꝰ
impator oĩum vitiorum viliſſime natus viliſſimus ſeruus
ſub Cõmodo qui voluit vocari Antonius qa nullꝰ verꝰ nec
bonus videbat impator tũc ſine tali noĩe.fuit iſte crudelis:
ſanguinarius qui occiſus fuit apud Antiochiã ab Helioga-
balo. Antonius muſa Auguſti medicus poſt atticã victoriã
naufragio periit.hic cõtraria medicina a ſectatoribꝰ themi
ſtonis q Herophili diſcipulꝰ fuerat diuũ Auguſtũ graui p-
iculo exemit propter qđ ſtatuã ęreã iuxta Aeſculapiũ locari
mandauit: vt teſtis eſt Suetonius in Auguſti vita.

De geſtis beati Antonii abbatis ex ſermõe gerſonis in concilio conſtantieñ.

FOrſitan inquires vnde beatiſſimus Ana-
choritarũ Antonius habuit vinũ ſciẽtiæ:
qui literas non didicit? Reſpõdet Auguſ.
procœmio de doctrina Chriſtiana: ꝙ non
ex hominibus neq; per humanarũ litera-
rum ſtudium hauſit illud:ſed diuinę re-
uelatiõis infuſiõe ipſi collatũ ẽ. Cuiꝰ odor
vini miniſtratus per literam geſtorum ſuorum:quid in Au
guſtino fecerit accipe: Inebriauit quippe eum pia ſobrieta-
te ꝙ mox in virum alterum mutatus eſt et fugit ab eo ſo-
licitudo vitæ præteritę. Tandem velut luce quadam ſe-
curitatis infuſa: poſt egeſtum torrentem lachrymarum
ſolidatus eſt in ipſa lege Chriſti . Fuit Antonius tri-
buens in ſimplicitate: præſidens in ſolicitudine : miſeri-

cors in hilaritate: diligens ſine ſimulatione: odiens malũ ad
hẹrens bono: charitatem fraternitatis diligẽs: honore cæte
ros præueniẽs: ſollicitudine non piger: ſpiritu feruens do-
mino ſeruiens: ſpe gaudens: in tribulatione patiens: oratio-
ni inſtans neceſſitatibus ſanctorum communicans. ſcilicet
ſpiritalibus hoſpitalitatẽ ſpiritalẽ ſectãs apud fratres ſuos.
Benedicens perſequentibus: benedicens & non maledicens:
gaudens cum gaudentibus: flens cum flentibus. non alta ſa
piens ſed humilibus conſentiens. Hæc omnia operatus eſt
vnus & idem ſpiritus in Antonio quem figuraliter vidit
Ioannes in Apocalypſi filium eccleſię raptum in cœlum a fa
cie draconis. de qua quidem eccleſia præmittitur. ſignum
magnum apparuit in cœlo: mulier amicta ſole iuſtitiæ: & lu
na totius mutabilitatis ſub pedibꝰ eius: & in capite eius co-
rona ſtellarum. xii. quæ ſunt vel. xii. apoſtoli: vel. xii. articuli
fidei: vel vniuerſitas gratiarum: Memorabile eſt id qđ litera
refert de Antonio qui occurrẽte ſole faciẽ vertebat ad orien
tẽ vbi tãdiu fixis oculis ſtabat ſuſpenſus mente ad cœleſtia
quouſq; ſol oriens feriret radiis oculos eius: quod Antoniꝰ
moleſte ferẽs: qd (inqt) impedis o ſol mentem meã cœleſtia
cõtemplari? Teſtis eſt huius anagogia ſoror noſtra quoniam
ea duce cernebat in ſpiritu lucem: de qua Boetius: hãc quiſ
quis poterit notare lucem cãdidos phœbi radios negabit.
Tradit litera Antonium dum adoleſcens impugnaretur a
ſpiritu fornicationis rogaſſe deum vt videret impugnato-
rem ſuum: qui in ſpecie pueri teterrimi pedibus eius aduo-
lutus eſt quaſi blandiens & ſupplicans. quem Antonius
mox dimiſit & conſpuit dicẽs. Abſit deinceps vt vnq̃ te ti-
muerim fœdiſſime atq; viliſſime. Quis enim docuerit q̃
monachus extra cellam aut ſolitudinem: eſt ſicut piſcis ex-
tra aquam: euicit tamen eum zelus fidei & obedientia præ-
latis eccleſię debita vt iret Alexandriam: in qua ciuitate dũ
premeretur a turbis certatim irruẽtibus: vt virũ fama nois

monacꝰ extra cellam quaſi piſcis extra aquam

celeberrimum apud eos ipſi vel viſu cernerēt vel manu tā gerent timentibus & compatientibus nonnullis vt moleſte ferret:fertur reſpondiſſe:mihi quidem aſſueto turbis inſultibuſq̧ dęmonum nihil affert hic populoſus hominum cōcurſus moleſtię vel turbationis. Moriens celari voluit ſepulchrum ſuum:fecit hoc ex humilitate.q.d.deo:qui laudatur ab hominibus vituperāte te,nō ſaluabit ab hominibus dānante te: Noluit igitur ab hominibus gloriam quæ eſt putredo & vermis: ſepulchrum noluit ſuum ægyptiaco ritu venerari poſt mortem:verū aliter prouidit qui humilia reſpicit deus:immenſa illum prout cernere eſt tumulauit gloria. O felicem dixerim Viennę & Burgundię regionē quæ venerādis huius corporis ſacroſancti reliquiis decoratur. O felices q religioſo & peculiari quodā tāti patris obſequio dedicari meruerunt. Quid ꝙ glorioſiſſimus iſte ſanctus potentiſſimus in miraculis p̄ſertim ſuper obſeſſos a dęmoniis ſimplicitatem humilem & votiuam in diſcipulo ſuo Paulo ruſticano tantum coluit tantum veneratus eſt vt ad eū remitteret energuminos difficilis curationis:ſe non ad hoc ipſum deputans idoneum. hæc nonne grandis humilitas viri tanti cuius vita omnis fuit aſcendēdo de virtute in virtutem:per centum & quatuor vel eo amplius annos! Errāt qui abſtinētiam a carnibus:caſtitatem a venereis nō verētē criminantur abbreuiationis vitę.aſſerūtq̧ quandoq̧ mortis cauſas eſſe in religione viuētibus:proinde notetur hoc & maneat alta mente repoſitum.nemo tam peccator eſt qui non veniam conſequi:qui non ſaluari poſſet ſi conuerſionem haberet ad deum pauculo tempore vel momento qualē velut aſſidue per tot annos habuit Antonius. Ex quo perpendite quantus in eo fuerit cumulus meritorum in via:q̄tus modo præmiorum in patria. Erubeſcant præterea qui laudibus tuis O glorioſiſſime & vſq̧ ad vltimū terrę noiatiſſime pater Antoni non applaudunt ſed detrahūt:qui mi

niſtros tuos vel non reuerenter ſuſcipiunt vel irridẽtes ab
iiciunt miſcentes contumeliis ſuis impietatem hęreticam
ſi veritatem habet accuſatio quæ iudicialiter facta eſt nup
in hoc ſacro concilio: inuenimus alium tibi deuotionis ho-
norem o ſacroſancta mater caput & magiſtra fidelium om
nium Romanam curiam ſequens ipſe & fragmẽta a menſa
Papę colligat in eleemoſynam pauperũ: & curatꝰ proprius
& quaſi parochialis omnium qui vulgari vocabulo curtiſa
ni nominãtur exiſtat. Mouit ad hoc pius religionis Chriſtia
nę ſpiritus recogitãs quod miraculis in vita: quot poſt mor
tem beneficiis & opitulationibus refulſit idem Antonius:
pręſertim in hac quadam ſpeciali pręrogatiua ꝙ ignem ſa
crum fugat ex corporibus: in ſignum ꝙ ignem concupiſcen
tię libidinoſę pernicioſiorem inuocatus refrigerat in cordi
bus. Exclamat ad ardorẽ ignis huius infernalis temptatus:
O ſacer Antoni adiuua me: & ſtatim abs te ſalutarem per-
cipit opem: Adiuua igit̃ nos ad effugiendos omnes tam aĩ
q̃ corporis morbos Per Chriſtũ dominum noſtrum Amen.

¶ FINIS.

Symphoriani Champerii Lugdunenſis in Epiſtolas diui Ignatii ad Mariã Virginem & Ioãnem apoſtolũ & euangeliſtam Marieq́ʒ ad Ignatium Prologus.

Ignatius Ioãnis Euangeliſtę diſcipulus apud Antiochiam poſt Petrũ ſecũda ſucceſſione epiſcopatũ ſortitus eſt. Quẽ ſermo tradidit de Syrię partibus ad vrbẽ Romam tranſmiſſum & ꝑ martyrio Chriſti ad beſtias datum. Quiq́ʒ cũ ꝑ Aſiã ſub cuſtodia nauigaret ſingulas quaſq́ʒ ꝑgrediens ciuitates eccl'ię ppl'os euangelicis cohortationibus edocebat in fide perſiſtere & obſeruare ſe ab hęreticorũ cõtagiis q tunc primum copioſius cœperant pullulare: & diligentius ac tenacius apoſtolorum traditionibus inhęrerent. Omnes in itinere Chriſtianos oratione vel literis in fide cõfirmabat ſic inquiẽs vt Ieſum Chriſtum inueniam, ignis, crux, beſtię confractio oſſiũ: & totius corporis contritio & tormenta diaboli in me veniant: dummodo Chriſto fruar. Cum autẽ iam audiret leonum rugitum frumentum Chriſti ſum inquit: Dentibus beſtiarum molar: vt panis mundus inueniar. Mariam quidẽ matrem domini vt d uus ſcribit Bernardus in pluribus quas ad eã ſcripſit epiſtolis Chriſtiferã cõſalutat. Egregius plane titul⁹ dignitatis & cõmẽdatio amoris immẽſi. Et vt inquit Marcus Michael p̃ſbyter Cortonẽſis: Extãt epiſtolę Ignatii ad euãgeliſtã Ioãnẽ p̃ceptorẽ ſuũ: & ad Mariã btiſſimã Virginẽ & dñi nr̃i ſaluatoris humillimã mr̃em. Ad quẽ & ipa reſpõſiuã & breuẽ epl'am reddere hũmilit nõ dedignat. Admonẽt igr̃ diui Ignatii ad xp̃iferã

Scripſit ad diuerſas eccleſtas diu⁹ Ignatius.

Marcus Michael.

Marię virginis epiſtola ad Ignatiũ.

virginem epiſtolę: vt de intemerata virgine & glorioſiſſima dei matre perpauca: cum multa nequeat imbecillitas mea: in mediũ proferenda eſſe videantur. vna cũctis ſeculis: quę mortalis conditionis dignitatẽ antecelleret: & gloriam. Maria inclyta regina cœlorum. Quæ vel in ipſo matris vtero a totius peccati labe atq; culpæ omnis exẽpta contagio: ęternæ prædeſtinationis felicitatem auſpicata eſt. Quæ mundo exorta quaſi ſtella matutina & aurora veri ſolis prænuncia venturo ſaluatori puriſſimũ habitaculum præparauit. A Gabriele archangelo ſalutata concepit de ſpiritu ſancto: ac grauis facta confeſtim humanæ pignus redemptionis accepit. Illum geſtauit in vtero: quem pcurſor glorioſus: matris aluo clauſus & ſenſit & admirando exultauit gaudio. Quãdo & benedicta inter mulieres a cognata Helizabeth pdicata eſt: & benedictus fructus ventris ei⁹. Quippe quę ſaluatorem mundi genuit: & poſt partum virgo permanſit. Sed & quẽ adorarat multitudo angelorũ Anno. xiiii. cõcepit ætatis: quintodecimo peperit: legitimo tempore præſentauit in templo. Tres circiter ac. xxx. cum illo vixit annos. Ad duodecim (vt pleriq; tradunt) poſt filii paſſionem ſuperſtes tãdem ad regni gloriã tranſlata & in cœlum & ſup beatorum ſedes ſiue in corpore ſiue extra corp⁹ fatetur ſe neſcire Hieronymus, vel ſi cũ Auguſtino ſentire malumus: & anima ſimul & corpore: vel qđ ſanctę mulieri Saxonię diuinitus reuelatũ eſt: prius quidẽ anima: mox vero etiã corpore. Nunc cũ eo: quẽ eundẽ patrẽ habet, & filiũ cœleſtis regni aſſecuta immortalitatẽ quo ſempiterno fruit. Et illũ intuetur glorioſum in cœleſti ſolio: quẽ paſſum aſpexerat: pro ſalute humani generis in crucis patibulo. Quo nos magni empti pretio: ſupplices deprecemur illam: quæ hũc ſalutis auctorẽ mũdo edidit: & illum ſacris lactauit huberibus: vt eius interueniẽte ope: viuentes in hoc ſeculo mũdi huius vitemus īſidias. Et corporũ laxi vinculis: nõ quidẽ per ſpeculũ in enigmate

Myſteriũ incarnationis dñi

Viſitatio Mariæ & Helizabeth.

Tẽp⁹ cõceptiõis.

Tẽpus vitæ Mariæ cũ filio.

Quantũ vixerit virgo poſt paſſionem

De aſſũptiõe virginis glorioſę varię opiniones.

Reuelatio ſanctę mulieris Saxonię.

ſed glorificati deum facie videamus ad faciem. Quapropter pie legendę & pronũciãdę ſunt epiſtolæ diui Iguatii ad Mariam virginẽ & Marię ad Ignatiũ, nõ remiſſe, eneruo emolli toq; animo ſed cũ feruore. ſic etem̃ ſcripſit ad diuerſas eccleſias totus ardẽs, totus geſtiẽs, totus inflãmatus, cupiẽs diſſolui & eſſe cũ Chriſto ſacratiſſimus martyr diuino iã amore inebriatus. Primã eius epiſtolã ſcribit ad Ioannẽ apoſtolũ & euãgeliſtã: Secũdã pariter ad eũdem apoſtolũ: Tertiã ad Mariã virginẽ matrẽ dñi: Quartã ad Mariam Caſſobilitã. Quĩtã ad Trallianos: Sextã ad Magneſios: Septimã ad Tarſẽſes: Octauã ad Philipppẽſes. Nonã ad Philadelphienſes. Decimã ad Smyrnęos. Vndecimã ad Polycarpũ epm̃. Duodecimã ad Antiochẽſes. XIII. ad Heronẽ. XIIII. ad Epheſios XV. ad Romãos. Et adiectę ſũt tres: vna eſt Marię virginis ad Ignatiũ: alia vero diui Dionyſii ab btm̃ Ioãnẽ apſm & euãgeliſtã: tertia Polycarpi martyris Smyrnęorũ antiſtitis ad Philippenſes.

¶ Ad beatã virginẽ Salutatio.

Sit benedicta dies: qua te regina polorum
¶ Anna parit nobis: ſit benedicta dies.
Sit benedicta dies: qua tu virguncula Chriſti
¶ Concipis e cœlo: ſit benedicta dies.
Sit benedicta dies: vteri qua numen adorat
¶ Helizabeth vates: Sit benedicta dies.
Sit benedicta dies: hominem qua virgo: deumq;
¶ Ad præſepe paris: Sit benedicta dies.
Sit benedicta dies: qua tres duce ſydere reges
¶ Dona ferunt domino: Sit benedicta dies.
Sit benedicta dies: ſtygio qua Chriſtus ab antro
¶ Surrexit victor: Sit benedicta dies.
Sit benedicta dies: tuus in qua filius arces
¶ Scandit in æthereas: Sit benedicta dies.
Sit benedicta dies: qua te quoq; regia cœli
Accepit: ſemper Sit benedicta dies.

¶ Symphoriani Champerii oratio ad diuū martyrem Ignatium Antiochenę eccleſiæ antiſtitem.

¶ Deus qui beatum Ignatiū martyrem tāta virtute donaſti
vt intrepidus in vinculis exultans dignus habitus fuerit ꝑ
nomine tuo contumeliam pati: qui Rhomam miſſus ad ſæ=
uiſſimas beſtias tā fortiter dimicauit: vt ī theatrū feruētiſſi
mus inter ſolutos efferatiſſimos leones medius ſpectaculū
præbuerit: quē delitias paradiſi in extaſi & amatorię mētis
exceſſu aliquando expertū poſteris reliqt antiqtas: & q pſal=
mos & cantū per antiphonū ad angelorū auditā harmoniā
eccleſiis: tūc cœleſti formiter viuētibus primū induxiſſe cre
ditur: pręſta q̄ſumus: vt eius exemplar imitātes ab omni hę
reſi atq; idololatrię ſeruitute aliiſq; diris facinoribus expia=
tos efficias. Per dominū noſtrum Ieſum Chriſtum. Amen.

¶ Teſtimonium virorum illuſtrium in epiſtolas diui Ignatii.

¶ Hieronymus in libro de viris illuſtribus.

¶ Ignatius Antiochenæ eccleſiæ tertius poſt Petrū apoſto=
lum epiſcopus perſecutionem cōmouente Traiano damna=
tus ad beſtias Romā vinctus mittitur. Cūq; nauigās Smyr=
nam veniſſet vbi Polycarpus auditor Ioānis, epiſcopus erat
ſcripſit vnā epiſtolā ad Epheſios: alterā ad Magneſianos: ter
tiā ad Coloſſenſes: quartā ad Romanos: & īde egrediēs ſcri
pſit ad Philadelphenos & ad Smyrnęos & proprie ad Poly=
carpū. Cōmēdās illi Antiochenſem eccleſiā. In qua & de euā
gelio qđ nuper a me tranſlatū eſt ſuper perſonam Chriſti po
nit teſtimoniū dicens: Ego vero & poſt reſurrectionē eū in
carne vidi: & credo quia ſit: & quando venit ad Petrū & ad
eos qui cum Petro erant dixit eis: Ecce palpate me & videte
quia nō ſum dæmoniū incorporale: & ſtatim tetigerūt eum
& crediderūt. Dignū aūt videtur quia tāti viri fecimus mē
tionē: & de epiſtola eius quā ad Romanos ſcripſit pauca po
nere. De Syria inquit vſq; Romam pugno ad beſtias in ma=

ri & in terra nocte ac die ligatus cum duodecim Leopardis hoc eſt militibus qui me cuſtodiũt: quibus ſi benefeceris peiores fiunt. Iniquitas autem eorum mea doctrina eſt. Sed nõ iccirco iuſtificatus ſum: vtinã fruar beſtiis quæ mihi prępa ratæ ſunt. Quas & oro veloces mihi eſſe ad interitum: & alliciam ad comedendum me. Ne ſicut & aliorũ martyrũ non audeant corp⁹ attingere. Q᷑ ſi venire noluerint: ego vim faciam vt deuorer. Ignoſcite mihi filioli: quid mihi proſit ego ſcio: Nunc incipio eſſe diſcipulus Chriſti nihil de his quę vi dẽtur, deſiderãs: vt Ieſum Chriſtum inueniam: Ignis, crux, beſtiæ, confractio oſſium, mẽbrorũq; diuiſio: & totius corporis contritio, & tormẽta diaboli in me veniant tãtum vt Chriſto fruar. Cũq; iã damnatus eſſet ad beſtias & ardore paſcendi rugientes audiret leones: ait. Frumentum Chriſti ſum: dentibus beſtiarũ molar: vt panis viuus inueniar. paſſus eſt autẽ. xi. Traiani anno. reliquiæ corporis eius Antiochiæ iacent ad portã Daphniticam: in cœmiterio.

¶ Marcus Michael preſbyter Cortonenſis
in libro de viris Illuſtribus.

Ignatius vir vtiq; illuſtris & celeber tãtæ auctoritatis & dignitatis eſſe promeruit vt etiam Dionyſius ille magnus Ariopagites Pauliq; diſcipulus quẽ ferũt in diuina philoſo phia ſummũ & ĩ ſciẽtia pfectũ & clarũ, ſentẽtiã ipſi⁹ Ignatii ad cõfirmationẽ dictoꝝ ſuoꝝ p auctoritate adduxerit. Nãq; idẽ Dionyſius librũ de diuinis noĩbus ſcribẽs de Ignatio ſic ait: viſum eſt pleriſq; extractorib⁹ nřis diuini⁹ eſſe amoris q̃ charitatis nomẽ. Scribit eñ diuin⁹ Ignatius: Amor me⁹ crucifixus eſt: & ĩ primis ſcripturarũ ĩſtitutionib⁹ q̃dã de ſapiẽ tia diuina ſcripſiſſe cõperies Amator factus formæ illius.

¶ Euſebius libro. iii. eccleſiaſticæ hiſtoriæ.

In noſtra quoq; tpa famę celebritate vulgat⁹ eſt Ignatius quẽ ſermo tradidit de Syriæ ptib⁹ ad vrbẽ Romã trãſmiſſũ & pro nomine Ieſu Chriſti ad beſtias datũ. Qui cũ p Aſiam

ſub cuſtodia nauigaret ſingulas quaſq; diſgrediens ciuitates eccleſiæ populos euangelicis exhortationibus edocebat in fide perſiſtere & obſeruare ſe ab hęreticorum contagiis: qui tũc primum copioſius cœperant pullulare. deniq; cum Smyrnam veniſſet: vbi erat Polycarpus: ſcripſit vnam Epiſtolam ad Epheſios. eorundemq; paſtorem. Aliã Magneſię ciuitati: ſed & eccleſiæ quæ erat Trallib⁹ Tertiam ſcripſit Epiſtolam: quartã autem ſcripſit ad Romanos.

¶ Diuus Bernardus Abbas clarȩuallenſis.

¶ Magnus ille Ignatius auditor diſcipuli quem diligebat Ieſus Martyr & ipſe: cuius ꝓcioſis reliq̃s noſtra eſt ditata paupertas Mariam quidẽ in pluribus quas ad eam ſcripſit epiſtolis Chriſtiferam conſalutat: Egregius plane Titulus dignitatis. i. cõmendatio amoris immenſi.

¶ Marcus Michael præſbyter Cortonenſis in libro de Illuſtribus viris capitulo ſupraposito.

¶ Sunt qui ferant illuſtrem Ignatium in tormentis & ſuppliciis poſitum ab inuocatione nominis Ieſu Chriſti nunq̃ ceſſaſſe. Quem cum tortores inquirerent: cur hoc nomen totiens replicaret: reſpõdit hoc nomen cordi meo inſcriptũ habeo: & ideo ab eius inuocatione nõ ceſſo: poſt cuius exceſſum hi qui huiuſmodi verba perceperant volentes qđ dixerat curioſius experiri cor ab eius corpore enulſerunt. Qđ aureis literis inſcriptum nomen Ieſu repererũt ſicq; factũ: vt quod ille verbis protulerat ipſi operibus certius comprobarent. Scripſit autẽ Ignatius ad diuerſos epiſtolas quatuor ſermone quidem claro ſimul & elequentia perornato: harum ſi quidem primam ad Epheſios edidit: ſecundam vero ad Magneſios deſtinauit: tertiã aũt partẽ ad Coloſſenſes direxit. Quartam porro Romanis gentibus applicauit. Extant & Epiſtolę eius ad euangeliſtam Ioannem pręceptorem ſuum: & ad Mariam beatiſſimam virginem & domini noſtri ſaluatoris humillimã matrẽ: Ad quem & ipſa reſpõ-

nota cor diui ignatij

ſiuam & breuē epiſtolā reddere humiliter non dedignatur.

Epiſtola Ignatii epiſcopi & Martyris ad Ioannem apoſtolum & euangeliſtam Prima.

Ioanni ſancto ſeniori ſuus Ignatius & qui cum eo ſunt.

Frater de tua mora dolemus grauiter allocutionibus & conſolationibus tuis roborādi. ſi tua abſentia protēdatur, multos de noſtris deſtituet: properes igit̄ venire: quia credimꝰ expedire. Sūt & hic multæ de mulieribus noſtris Mariā Ieſu videre cupiētes: & quotidie a nobis ad vos diſcurrere volentes vt eam contingāt & hubera eius tractent quæ dominū Ieſum aluerūt, & quędam eius ſecretiora percunctent̄ ipſam Mariā Ieſu. Eſt & Salome: quā diligis filia: anno Hieroſolymis & qnq; menſibus apud eam cōmorans. et quidā forte notificauere eandē matrem dei omniū gratiarū abundantē et omniū virtutū more virginis, virtutis, et gratiæ fœcundam: q̄ (vt dicūt) in perſecutionibus et afflictionibꝰ eſt hilaris: in pœnuriis et indigentiis non querula: Iniuriantibus grata et moleſta re lętatur: Miſeris et afflictis condolet coafflicta: et ſubuenire nō pigreſcit: cōtra vitiorū aūt peſtiferos cōflictꝰ in pugna fidei diſceptans eniteſcit: Noſtræ nouæ religionis et pœnitentię eſt magiſtra et apud fideles omniū operum pietatis miniſtra. Humilibus quidē eſt deuota: et deuotis deuotius humiliatur: et mirum ab omnibꝰ magnificatur: cum a ſcribis et phariſęis ei detrahatur. Præterea multi multa referunt de eadem: tamen omnibus per omnia non audemus fidem concedere: nec tibi referre: Sed ſicut nobis a fide dignis narratur in Maria Ieſu humanæ naturæ, natura ſanctitatis an-

gelicę ſociatur: Et hęc talia excitauerũt viſcera noſtra: & cogũt valde deſiderare aſpectũ huius ſi phas ſit fari: cœleſtis prodigii: & ſacratiſſimi monſtri. Tu autem diligenti modo diſponas cum deſiderio noſtro & valeas. Amen.

¶ Epiſtola. B. Ignatii ad eundem. II.

¶ Ioanni ſancto ſeniori ſuus Ignatius.

SI licitũ eſt mihi apud te ad Hieroſolymę partes volo aſcẽdere & videre fideles ſanctos: qui ibi ſunt: p̃cipue Mariam Ieſu: quã dicunt vniuerſis admirandam & cũctis deſiderabilẽ. Quẽ eñ nõ delectet videre eã & alloqui: quæ verũ deũ de ſe peperit: ſi noſtræ ſit fidei & religionis amicus? Similiter & illũ venerabilẽ Iacobũ q cognominatur Iuſtus: quẽ referũt Chriſto Ieſu ſimillimũ facie & vita & modo cõuerſationis: ac ſi eiuſdẽ vteri frater eſſet gemellus: Quẽ dicũt ſi videro video ip̃m Ieſum ſecũdũ omnia corporis eius liniamenta? Præterea cæteros ſanctos & ſanctas: heu quid moror? Cur detineor: bone præceptor properare me iubeas & valeas.

¶ Epiſtola Ignatii epiſcopi & martyris ad beatã Mariã virginem matrem domini noſtri Ieſu Chriſti.

¶ Chriſtiferæ Mariæ ſuus Ignatius.

ME neophitum Ioannis ꝗ tui diſcipulũ cõfortare & cõſolari debueras: De Ieſu eñ tuo percepi innumera dictu & ſtupefactus ſum ex auditu: A te aũt quę ſemper ei fuiſti familiaris coniũcta: & ſecretorũ eius conſcia deſidero animo fieri certior de auditis. ſcripſi tibi etiã alias & rogaui de eiſdem. Valeas & Neophiti qui mecũ ſunt ex te & per te & in te confortentur. Amen.

¶ Ep̃la beatæ Mariæ virginis ad Ignatiũ ep̃m & martyrem.

¶ Ignatio dilecto diſcipulo humilis ancilla Chriſti Ieſu.

DE Ieſu quæ a Ioãne audiſti & didiciſti vera ſunt. Illa credas: illis inhęreas & chriſtianitatis votũ firmiter teneas & mores & vitã voto cõfirmes: veniam

autē vna cū Ioanne te & qui tecū ſunt videre:ſta,& ī fide viriliter age: nec te cōmoueat pſecutiōis auſteritas: ſed valeat & exultet ſpiritus tuus in deo ſalutari tuo. Amen.

Sequūtur Epiſtolę duodecim beati Ignatii: quarum Prima eſt ad Mariam Caſſobolitam.

Ignatius, qui & Theophorus, miſericordiā conſequutus: & gratiam dei patris altiſſimi & dñi noſtri Ieſu Chriſti qui pro nobis mortuus eſt: fideliſſimę & deo dignę chriſticolæ filię Mariæ plurimam in deo Salutem.

Optima quidē figuratio literæ, velut pars chori ſenſus cōtinēs nō ſolū his qbus imptit affectū honorat accipientē: ſed & in ipſis: q ſuſcipiunt amplius auget deſideriū Et quomodo nauigātibus in tēpeſtate gratus eſt portus: ita & nobis literarū tuarū acceptabilis eſt modus. Quē tanq̄ tutiſſimū ſolatiū a tua fideliſſima mente de longinquo ſuſcepimus conſpiciētes in eo illud qđ eſt bonū. Omniū nāq; bonorū o ſapientiſſima: mulierum tuā animā puriſſimis fontibus aſſimilamus, illis videlicet quæ tranſeūtes etiam non ſitientes viſione ſui attrahūt potum haurire: Ita & tuæ prudentiæ pollicitatio conſtringit nos iubens de illis ſanctis liquorib⁹ q in aīa tua redundāt hauſtū ſumere. Ego aūt optaui nō in eis tātū nūc quātū alioꝝ publicanorū cōtrariis ſentētiis exagitor. Quæ qdē ſunt fugę & carceres ac vincula. Sed nihil horū recuſo. In iniuſtitiis aūt eorū magis edoceor vt Ieſum merear adipiſci. Lucror ego periculis mihi ꝑparatis. Quia non ſunt cōdignę paſſiones huius temporis ad futurā gloriā: quæ reuelabit̄ in nobis: Quæ aūt per epiſtolā a te intimata ſunt prompte adimpleui de nullo eoꝝ dubitās quos tu bene habere ꝓbaſti. Agnoui te eñ iudicio dei teſtimoniū memoratis viris perhibuiſſe & nō gratia carnali. Non valde autem aſſidua fuerūt ſpatia: in quibus tua ſcripta perlegerem: Neq; adhuc in te negocium perceperā. Nec eñ habui quomodo oculis percurrerē illā ineffabilem

tuæ ſententiæ relationem:pro anima tua ego effigiar: quia diligis dominum Ieſum. Filium dei viui:propterea & ipſe tibi dicit. Ego eos qui me diligunt diligo: & qui quęrũt me inueniũt pacē. Obuenit itaq; mihi dicere quia verus eſt ſermo quē audiui de te cauſante Romæ apud beatum Papam Anacletum:cui ſucceſſit beatitudine dignus Clemēs Petri & Pauli auditor. Et nunc adiecisti ſuper eũ centupliciter:& adhuc adiicies te ipſam. valde enim deſiderabam venire ad vos & conrequieſcere vobiſcũ:Sed nō mihi fuit opportunũ præpediebat em̃ propoſitum meum non ſinens illo pergere militaris cuſtodia. Quia nullus talia perfecit vel paſſus eſt: qualia ego. Quapropter ſecunda conſolatio eſt inter amicos ſcriptis ſe inuicem releuare. Saluto ſacratiſſimā animā tuam rogans ſuperadiicere ad propoſitũ tuũ. Præſens em̃ labor paruus eſt merces vero quæ ſperatur multa eſt: Fuge eos qui negant paſſionem Chriſti:& natiuitatem eius ſecundum carnem. Multi ſunt enim qui hanc ſanitatem infirmare conantur. Sed tu contra huiuſmodi conſueſce etiam alios monere. Quia in omni ope & verbo bono perfecta es potens & alios erudire in domino. Salutant te preſbyteri & diacones:prę omnibus vero ſanctus hyerō. Salutant te Caſſianus hoſpes meus:& ſoror mea coniunx eius & dulciſſimi filii eorum. Incolumē & carnali & ſpirituali ſalute dñs ſanctificet ſemper & videam te in domino conſecutam coronam.

Diuini Ignatii ad Trallianos ex Smyrna Epiſtola. Numero. II.

Trallis vrbs eſt aſiatica in vertice quodam plano qui promōtorium natura munitum habet ſita: Aſiaticarum vrbium opulētiſſima: vnde & dicuntur Tralliani.

Ignatius, qui & Theophorus: dilectę a deo patre:& domino Ieſu Chriſto eccleſiæ ſanctæ quæ eſt in Trallibus: electæ &

deo dignę: pacificatę in carne & ſpiritu Ieſu Chriſti ſpei no-
ſtrę in paſſiōe ꝑ crucē: & mortē: atq; reſurrectionē: quā & ſa
luto īplenitudīe apl̃icę formę: & opto plurimū ī deo gaudef.

IMmaculatum animū & ſine dolo in pſeuerātia co-
gnoui vos habere: nō in hęſitationē: ſed in fidei poſ
ſeſſionē: prout ſignificauit mihi polybius epiſcopꝰ
veſter. qui peruenit volūtate dei patris Ieſu Chriſti filii eiꝰ
coopatione ſpiritus Smyrnam & ſic mihi cōgratulatus eſt
vincto in Chriſto Ieſu: vt omnē plenitudnē in ipſo conſpice
rē. Suſcipiēs ergo eū ſecūdū deū: veſtrā beniuolentiā per ip
ſum agnoui: inueniēs vos imitatores eē Ieſu Chriſti ſaluato nota
ris noſtri. ¶ Ep̄o ſubiecti eſtote: ſicut dn̄o. Ipſe enim vigilat De obedi
pro aīabus veſtris tanq̄ rationē redditurus deo. ꝓpter qd̄ vi entia cir-
demini mihi nō ſecūdū carnē viuere ſed ſcd̄m Ieſum Chri- ca ep̄m.
ſtū: q ꝑ nobis mortuus eſt: vt credētes in mortē eiꝰ: ꝑ baptiſ
mū participes reſurrectiōis eius efficiamur. Neceſſariū eſt
em̄ vos nihil p̄ter ep̄m facere: neq; aliquid agere: ſed & p̄ſby
teris ſubditi eſtote vt apl̄is Ieſu Chriſti ſpei noſtræ: in quo p
ſeuerantes in ipſo inueniamur. Oportet ergo & diaconis q
ſunt in miniſteriū Ieſu Chriſti oīmodo placere. Nō em̄ in ci
bo & potu ſunt miniſtri: ſed miniſterii eccleſię dei. Oportet
ergo p̄cepta eorū obſeruare: ſicut ignē ardētē. Ipſi vero ſint
tales: vos aūt reuereamini eos tanq̄ dn̄m Ieſum Chriſtū: qm̄
cuſtodes ſunt loci eiꝰ. ſicut ep̄s forma eſt p̄ris oīm: preſbyte
ri vero ſicut cōſeſſus dei & cōiunctio apl̄orum Chriſti. Si-
ne ipſis em̄ eccleſia electa nō eſt neq; collectio ſctōrū neq; cō
gregatio ſancta. Cōfido em̄ & vos ſic cōſiſtere. exēpla em̄ cha
ritatis veſtræ accepi & habeo penes meipſum in ep̄o veſtro
qm̄ ipſius conſtitutio magna doctrina eſt. Nā & manſuetu
do eius virtus eſt: quā arbitror etiam illos qui ſine deo ſunt
reuereri. Quia autem diligo vos: parco frequentius vobis
ſcribere ne videar aliquibus cōtrarius aut tedioſus eſſe. vin
ctus ſum em̄ pro Chriſto: ſed nondū Chriſto dignus ſum. ſi

autem conſūmauero: forſitan ero. ¶ Non ſicut apoſtolus p̄cipio ſed metior meipſum ne in gloriatione mea peream bonum eſt enim in domino gloriari. Et ſi ſaluatus fuero apud deum: plus me oportet timere: & nō attēdere ad eos qui magnificant me. Hi vero qui me laudant: potius flagellant. Eligo enim pati: ſed neſcio ſi dignus ſum. Zelus enim inimici: multis nō videtur: me autē impugnat. Debeo ergo eſſe māſuetus: vt diſſoluatur princeps ſeculi huius diabolus. Nunquid non poterā vobis ſecretiora ſcribere: ſed timeo ne paruulis vobis conſtitutis: leſionem imponā. Et igitur ſcite mihi quia nō valetis ferre vinculorum onera: quemadmodum ego vinctus ſum. Et poſſum quidem intelligere cęleſtia angelorum ſcilicet atq; archangelorū ordines: militiarum diuerſitates. virtutum & dominationum differentias: ſedium atq; poteſtatum diſtantias: thronorū magnificentias: cherubin & ſeraphin excellentis ſpiritus ſublimitatē: dn̄i regnū & ſuper hæc omnia omnitenentis dei incomparabilitatē. Hæc igitur ego cognoſcens: non omnino perfectus ſum: aut diſcipulus eē poſſum: qualis Paul⁹ aut Petr⁹. Multū em̄ mihi reſtat: ne a deo derelīquar. Rogo aūt vos nō ego: ſed dilectio Ieſu Chriſti: vt id ip̄m dicatis oēs: & nō ſint ī vobis ſciſmata. Sitis aūt pfecti in eodē ſenſu & in eadē ſciētia. ¶ Sūt em̄ qdā vaniloq & mētis ſeductores: nō Chriſtiani ſed Chriſtū mercātes: ſeductiōe circūferētes nomē xp̄i: & cauponantes verbū euāgelii: & venenū erroris cōmiſcētes dulci blādimēto: ſicut puro melli vir⁹ admiſcētes vt q biberit illi⁹ pot⁹ ſenſuales illecebras: dulcedīe capt⁹ īobſeruant morti addicat̄. Monet aūt qdā antiquorū vt nemo bon⁹ dicat̄: q malū bono admiſcuerit. Nominat em̄ xp̄m: nō vt xp̄m p̄dicēt: ſed vt xp̄m ſpnāt. Et legē pferūt nō vt legē ſtatuāt: ſed vt legi cōtraria adnūcient: Chriſtū em̄ alienāt a p̄re: legē vero Chriſti & natiuitatē ex virgine abiiciūt: crucē erubeſcētes: & paſſionē negātes: & reſurrectōi nō credētes dn̄m īcognitū pfitent̄ Chri

ſtũ ingenitũ:putãt:& neq̧ q̄a eſt ſpũs ſanctus cõfitent. Qui dam vero eorũ filiũ hominẽ purum eſſe dicũt.alii aũt ipm patrẽ eſſe dicũt ipſum filiũ ipſumq̧ ſpũm ſanctũ. Et creatu rã nõ opa dei eſſe per Chriſtũ dicũt:ſed alterius cuiuſdã ex traneę virtutis. Cauete ergo a talib⁹:ne ſumatis laqueos aĩa bus veſtris.& vitã veſtrã inexplorabilẽ opponite omnibus hominibus:ne efficiamini muſcipula exploratiõis: & ſicut retia extenſa. Qui eñ ſibi non parcit in operibus ſuis:fra ter eſt polluẽtis ſemetipſum. Si ergo & vos deponatis natu ralem ſuperbiam:inflatilem & tumidam extollẽtiã: poſſibi le erit vobis inſeparabiles eſſe a deo.prope eſt eñ dñs timẽti bus eũ . Et in quem(inq̄t)reſpiciã niſi in humilẽ & quietũ et trementẽ verba mea? ¶ Veneremini autẽ et epiſcopũ ve ſtrũ ſicut Chriſtũ:ſcd̃m qd̃ vobis b̃ti apl'i p̄ceperũt. Qui eñ inter altare eſt cõſtitut⁹:mũdus eſt:pp qd̃ obedite ep̃o vr̃o et preſbyteris. Qui eñ extra altare cõſtitut⁹ eſt:extra ep̃m eſt & preſbyteros et diaconos aliquid agẽs q̄ talis fuerit pollu tus eſt cõſciẽtia:et eſt deterior infideli. Quid eſt eñ ep̃s:ni ſi omnẽ principatũ et poteſtatẽ omniũ illoꝝ tenẽs quẽadmo dũ deceat hoĩem tenere:imitatorẽ dei factũ ſcd̃um virtutẽ? Quid eſt preſbyteriũ niſi inſtitutio ſancta cõſiliarii:et cõfeſ ſoris ep̃i?q̄d etiã diaconi:niſi imitatores Chriſti miniſtrãtes ep̃o:ſicut Chriſt⁹ p̄ri & operãtes illi opationẽ mũdã et ima culatã?quo mõ ſanct⁹ Stephan⁹ beatiſſimo Iacobo:et Timo the⁹ et Lin⁹ Paulo: et Anaclet⁹ et Clemẽs Petro. Qui ig'r iſtis inobediẽs fuerit hic ſine deo oĩno erit:et impius et con temnens Chriſtum et ordinationem ipſius minorans. Ego vero hęc vobis mãdo: nõ q̧ aliquos inter vos tales agnoue rim(nec permittat deus aliquid huiuſmodi aliq̄uãdo in au res meas introire: qui filio ſuo non pepercit propter ſan ctam eccleſiam)ſed pręuidẽs ſeditiões iniqui pro monitiõe conforto vos:ſicut filios meos chariſſimos et fideles in dño prępara ns vos medicamine pręmuniẽte cõtra iminẽtẽ peſti

lentiam:quã etiam vos tãq̃ morbum fugite beneplacẽtes in
Chriſto domino noſtro. Vos ergo ſuccincti manſuetudine
imitatores eſtote paſſionũ Chriſti & dilectionis eius qua di-
lexit nos,dans ſemetipſum pro nobis redẽptionẽ:vt nos ſan
guine ſuo mũdaret ab antiqua impietate & vitã nobis prę-
ſtaret incipiẽtibus nobis iã perire ꝑ malitia q̃ erat in nobis.

Dilectio proximi.

¶ Nemo ergo veſtrũ aduerſus ꝓximũ aliq̃d habeat:dicente
dño: Dimittite & dimittetur vobis. Nolite occaſionẽ dare
gẽtibus ne ꝓpter aliquos paucos inſipiẽtes:verbũ dñi & do
ctrina blaſphemetur: ne in vobis cõpleatur qđ propheta ex
ꝑſona dei ad huiuſmodi dicit: qm̃ ꝑ vos nomẽ meũ blaſ
phematur in gentibus:Obturate autẽ aures veſtras:quãdo
vobis quis ſine Ieſu Chriſto filio dei loquitur. qui factus eſt
ꝑ Mariã ex ſemine Dauid qui vere natus ex deo & ex vir-
gine.quia hoc ipm̃ eſt: qđ & deus. ſuſcepit em̃ vere corpus
verbũ(inquit)caro factũ eſt:& habitauit in nobis:ſine ꝑcca

Chriſti geſta.

to. quis em̃ ex vobis arguet me de ꝑccato? Mãducauit em̃
vere & bibit:& crucifixus eſt & mortuus ſub Pontio Pilato:
ſed & ſecũdum placitũ volũtatis ſuæ vere crucifixus eſt: &
vere mortuus: vidẽtibus cœleſtibus: & terreſtribus: & infer
nis. cœleſtibus quidẽ tanq̃ incorporalibus creaturis. terre-
ſtribus vero: vt Iudæis & Romanis, & cæteris hominibus:
qui tũc eodẽ tẽpore prę ſto erãt: quando crucifixus eſt dñs.
Infernis autẽ: vt multitudine eorũ qui cũ domino reſurre-
xerunt. Multa(inquit)ſanctorum corpora dormientium re
ſurrexerunt de monumentis patefactis. deſcendit autem in
infernũ ſolus:aſcendit vero cum multitudine.& dirupit ma
cheriam quæ erat a ſeculo: & medium parietem eius diſſol-
uit & reſurrexit tertia die: reſuſcitante eum patre. & poſt
dies quibus conuerſatus eſt cum apoſtolis aſſumptus eſt ad
patrem.& ſedet ad dexteram eius: expectans donec ponan-
tur omnes inimici eius ſcabellum pedum eius. Die ergo pa
raſceues tertia hora accepit ſentẽtiam a Pilato permittente

pr̄e.ſexta vero crucifixus eſt:nona au̅t emiſit ſpiritu̅. An̄ ve ro ſolis occaſum de cruce depoſitus eſt:&ſepultus in monu mento nouo:ſabbato vero ma̅ſit ſub terra in ſepulchro:quo poſuit eum Ioſeph ab arimathia. Dominica autem die: re-ſurrexit a mortuis.ſecundum q̄d dictum eſt ab eo:ſicut fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus. Con-tinet autem dies paraſceue paſſione̅ eius:Sabbatu̅ vero ſe-pultura̅ & requie̅.Dominica aute̅ reſurrectione̅. Quida̅ aute̅ tan̄q ſine deo increduli & infideles:dicu̅t eu̅ putatiue tm̄ fuiſſe hoi̅em & no̅ veru̅ corpus ſuſcepiſſe:atq; putatiue paſſum & mortuu̅.Ego vero p paſſio̅e & morte dn̄i mei vin ctus ſum:& opto ad beſtias pugnare.Si em̄ putatiue & non vere paſſus eſt & mortuus:ergo ego gratis moriturus ſum mendacia de cruce domini co̅fingens.ſed & ppheta ſupflue dixit:videbu̅t in que̅ co̅punxerunt:& plangent inter ſeipſos tan̄q ſuper dilectu̅ & dolebu̅t dolore ta̅q̄ ſup primogenitu̅. Ergo infideles illi & increduli no̅ min⁹ ſunt q̄ illi q eu̅ cruci fixeru̅t.Ego ſic deuoui ſpem habere in eum:qui pro me vere mortuus eſt:quia alienu̅ eſt ab eo mendaciu̅.vere etenim pe perit Maria corpus:deo in eo habitante. & vere natus eſt: deus verbum ex virgine corpus ſine nobis:paſſibile ſine pec cato indue̅s:vere co̅ceptus eſt in vtero & factus eſt in vtero forma̅s & faciens ſibi corpus ex virgine:ſine ſemine ſcilicet & collocutione viri:portatuſq; in vtero:ſicut & nos te̅pore portati ſumus:& vere lactat⁹ eſt et nutrit⁹:ſicut et nos et ci bo et potu ſicuti et nos vſus eſt.et triginta a̅nos age̅s:bapti-ſat⁹ eſt a Ioa̅ne in veritate et no̅ in pha̅taſmate.et tribus an nis prędicauit eua̅gelium.et fecit ſigna et prodigia cora̅ fal ſis Iudęis et a Pilato pſide iudex iudicatus eſt: flagellat⁹ eſt: colaphis cęſus e̅:co̅ſput⁹ e̅:ſpinea̅ corona̅ purpurea̅q; veſte̅ portauit:co̅de̅natuſq;: crucifix⁹ e̅ vere: volu̅tarie co̅place̅s no̅ imagiarie:neq; fallacit̄ mortu⁹ e̅:ſed vere et ſepult⁹ e̅ et reſurrexit a mortuis:ſicut ipe alicubi orans pr̄em dicebat.

De dn̄i re ſurrectio-ne.

Chriſtus verus ho̅ no̅ putati uus.

De partu virginis.

Tu autē domine reſuſcita me & reddā illis. Et pater q̄ ſem-
per eū axaudit reſpondens ait. Exurge deus, iudica terrā:
qm̄ tu hęreditabis in oībus gētib9. qui ergo reſuſcitauit eū
pater: ipſe etiā nos per eū reſuſcitatur9 eſt: nō ſine vera vita
hoc eſt nō ſine ipſo q̄ ait: ego ſum vita: qui credit ī me nō mo
rietur in ęternū. Fugite illas ſine deo hęreſes. Diaboli enim
ſunt adinuentio: ſerpētis authoris malorum qui per mulie
rem ſeduxit Adam patrē generis noſtri. Fugite vero & ma-
las ſoboles eius. Simonem dico primogenitum generis ipſi9
& Menādrum & Baſilidem & totam collectionem maligni
tatis ipſius & illos hominis cultores hebionitas: quos male-
dictos eſſe Hieremias propheta aſſeruit. Fugite quoq̄ & il-
los īmūdiſſimos Nicolaitas amatores libidinis: malos calū
niatores. nam talis fuit apoſtolorum miniſter Nicolaus. Fu
gite etiam ipſi9 nequiſſimi nepotes: Theodotum ſcilicet &
Cleobolum: qui generāt fructum mortiferum: de quo ſi qs
deguſtauerit ſtatim morietur: nō morte temporali: ſed ęter
na. Hi autem omnes nō ſunt plantatio dei patris: ſed proge
nies maledicti. Omnis autem plantatio (inquit de9) quam
non plantauit pater meus cęleſtis, eradicabitur. Qꝫ ſi fuiſ-
ſent rami patris: non vtiq̄ eſſent inimici crucis Chriſti: ſed
ſunt rami illorum: qui occiderunt dominum glorię: nunc
autem crucem negantes & paſſionem erubeſcentes operan
tur iudęorū iniquitates: illorū ſcilicet qui & deo rebelles ex
titerūt: & dn̄m occiderūt. Parū eſt em̄ eos dicere propheta-
rum eſſe interfectores. Vos ergo inuitat Chriſt9 ad ſuā īcor
ruptionē: per paſſionē ſuā & reſurrectionē: qui eſtis mēbra
eius. Saluto vos ex Smyrna vna cū pręſentibus mihi eccle-
ſiis dei quæ & pręſentes me id requieſierunt in omni carne
& ſpiritu. Poſtulant vos vincula mea q̄ propter Ieſum Chri
ſtum porto rogās deū vt mereamini in ſenſu & oratione in
inuicem permanere. Decet em̄ vnūquēq̄ veſtrū bene obſe
qui preſbyteris: epiſcopū in honorem dei patris: & in hono
rem Ieſu Chriſti: atq̄ aplo℞ venerari. Depcor vos ex affectu

audire me: vt nõ ſit in teſtimoniũ qđ vobis ſcripſi: & eo ora
te ꝓ me ĩdigẽte miſericordia dei ac veſtra charitate: vt me-
rear cõſeq ſortẽ cui ſubiaceo ne reprobus inueniar. Salutat
vos dilectio Smyrneorũ & epheſiorũ memores vrĩ: eccl'iaq͂
q̃ eſt in Syria: vñ nõ ſum dignus dici vltim⁹ eorũ qui ibi ſũt.
Incolumes eſtote in Chriſto Ieſu: ſubiecti eſtote epõ: ſimiliter
& preſbyteris atq͂ diaconis: oẽs inuicẽ corde inſepabili. Ca
ſtificet vos ſpiritus me⁹: nõ ſolũ nũc: ſed & qñ deũ meruero
adipiſci. Adhuc em̃ in periculo ſum: ſed fidelis eſt pater: Ie-
ſu Chriſti adimplere petitionẽ meã & veſtram: in qua inue-
niamur immaculati: & acquiſiti in domino. Amen.

¶ Ad magneſianos ex Smyrna Epiſtola quæ eſt.III.

¶ Magneſia æolica ciuitas eſt: q̃ ad meandrũ dicitur. Nã vt ĩquit ſtra
bo ei proxima eſt vnde magneſij & Magneſiani.

Ignatius qui & Theophorus Benedictę eccleſię Magneſianę.

GRatia dei patris in Chriſto Ieſu ſaluatore nr̃o. ĩ quo
ſaluto eccl'iam q̃ eſt in magneſia iuxta meandrũ: &
oro ĩ deo pr̃e & Ieſu Chriſto dño noſtro in quo plu-
rimũ vos gaudere opto. Cognoſcẽs vr̃am ſcđm deũ bñ diſpo
ſitã dilectionẽ: exultãs aſſumpſi in fide Ieſu xp̃i alloq vos, di-
gnus effect⁹ ſancti atq͂ deſideratiſſimi noĩs in his q̃ geſto vĩ
culis. Laudo eccleſias in q̃bus iubilare opto carne & ſpiritu
Chriſti Ieſu qui eſt ſaluator oĩm hominũ: maxĩe fideliũ. cu-
ius ſanguine redẽpti eſtis: per quẽ cognouiſtis deũ immo co
gniti eſtis ab eo: in quo ſuſtinẽtes ſeculi hui⁹ tentationẽ effu
gite: fidelis eſt aũt q nõ ꝑmittit tẽtari vos ſup id qđ poteſtis
ſufferre. Cęterũ ego merui videre vos: per deo dignũ epm̃
veſtrum Damã: & deo dignos preſbyteros veſtros Baſſum
ſcilicet & Appollonium & conuiuam meum Socionẽ quem
ego nutriui. quoniã ſubditus eſt epõ & p̃ſbyteris in gr̃a dei
& lege Ieſu Chriſti. Et vos oportet nõ contemnere ętatem
epiſcopi: et ſcđm dei pr̃is omnem venerationem ei exhibere

et ſecundũ qđ cognoui etiam ſanctos preſbyteros: ei deferre non propter iuuentutem (quæ in eo videtur) arbitrãtes cõtemẽdum: ſed in ſapientia dei ei obedire: quãdoquidẽ non longi tẽporis ſunt ſapiẽtes neq; ſenes ſciũt prudẽtiã ſed ſpiritus qui eſt ĩ hominibus. Deniq; Daniel ſapiẽtiſſimus duodecim annorũ effectus: ſpiritu ſancto repletus eſt: & illos ſeniores canitiem vanã habẽtes: calumniatores & alienæ pulchritudinis appetitores eſſe manifeſtauit. Samuel etiam cũ eſſet puſillus nonagenarium Heli ſacedotẽ per increpationẽ redarguit ꝙ filios ſuos honorificaret ſuper deũ. Similiter & Hieremias audit a domino: noli dicere qa iuuenis ſum ego. Salomon quoq; & Ioſias in iuuentute mirifici & ſapiẽtes in operibus ſuis apparuerunt. Salomon quidẽ duodecimo anno ætatis ſuę regnare incipiens arduam & ininterpretabilẽ mulierum pro paruulis quæſtionem: terribili iudicio diſſoluit. Ioſias vero octo annorum exiſtens: aras & monumenta ſubuertere cœpit: lucos excidere, templa deiicere: quæ non deo ſed dæmonibus fuerant conſecrata. Nam & falſos ſacerdotes interfecit vt corruptores & ſeductores hominũ: nõ diuinitati ſed diabolo ſeruientes: propter qđ nõ eſt contemnẽda iuuentus cum deo adiacuerit atq; adhęſerit: ſed illa ætas quæ ex ſententia nocet: etiam ſi inueterata fuerit dierũ malorum. Iuuenis fuit etiam Chriſtoforus Timotheus: ſed audite quid ei ſcripſit magiſter. Nemo (inquit) iuuentutem tuam contemnat ſed forma eſto fidelium in verbo in conuerſatione. Dignum eſt ergo & vos obedire epiſcopo veſtro: & in nullo ei contradicere. Terribile eſt enim tali contradicere. non eñ iſtum viſibilem quis ſpernit: ſed illum inuiſibilem in eo contemnit qui non poteſt a quoq̃ contemni. hic eñ nõ ab homine: ſed a deo habet promotionẽ: dicit eñ deus Samueli de contemptoribus eius: non te ſpreuerunt ſed me. Nam & Moyſes populo aduerſus ſe murmurãti ait: non enim aduerſus nos murmuraſtis: ſed aduerſus domi-

Iuuentus non ſpernenda.

Salomonis ſapiẽtia.

Ioſiæ prudentia.

nũ deum. Nemo enim inultus remanſit: qui ſe cõtra potio-res extulit. Deniq́ in lege: Dathan & Abiron Moyſi reſiſten-tes viui ad inferos depoſiti ſunt. Sed & Chore & qui cõſpi-rauerũt cũ eo aduerſus Aaron ducenti quinquaginta: igne cõſumpti ſunt. Abſalon etiã parricida exiſtens diuino iudi-cio arbori appẽſus eſt, ſed & cor eius (q̃d mala cogitauerat) ſagittis tranſfixũ eſt. Nam & Achab & Namam nihilomin⁹ propter ſimilẽ cauſam morte plexus eſt. Ozias quoq́ lepro-ſus factus eſt: qui contra ſacerdotes ſacerdotiũ auſus eſt ar-rogare. Saul etiã ſacrificare præſumens regali dignitate de-honoratus eſt nõ expectans principem ſacerdotũ Samuelẽ. Oportet ergo & nos reuereri potiores: & dignũ eſt non ſo-lum vocari nos chriſtianos: ſed etiam eſſe. non enim dicere: ſed eſſe: facit beatum. Quidam autem epiſcopum quidẽ vo-cant: & præter ipſum omnia faciunt. Talibus igitur etiam ipſe Chriſtus dicit (qui & verus & primus eſt epiſcopus & ſolus natura pontifex) quid me vocatis domine domine: & non facitis ea quæ dico? Tales enim non bonæ ſciẽtiæ: ſed deriſores eſſe mihi videntur. Quoniam vero negotia fi-nem habent & adiacet quidem vita ex obſeruatione: mors vero ex inobedientia: & neceſſe eſt vt vnuſquiſq́ in loco quẽ ſibi de prętereritis elegerit: in futuro eſſe præcipiatur: fugia-mus igitur mortem: & eligam⁹ vitam. duos enim characte-res dico in hominibus inueniri: vnum quidem verę monetę ſignaculum: alterum vero adulterinæ. Pius enim homo & religioſus: vera moneta eſt quæ a deo formata vel expreſſa eſt: impius vero & irreligioſus: falſa moneta eſt noxia adul-terina praua: quæ non a deo: ſed a diabolo facta eſt. Hæc au-tem aſſerens non duas naturas hominũ eſſe dico: ſed vnum eundemq́ hominem qui aliquando quidem dei: aliquando autem diaboli efficitur. Si quis igitur pius fuerit homo: dei eſt ſi vero quis impius extiterit: diaboli eſt. non ex natura: ſed ex ſententia factus. Infideles enim imaginẽ habent prin-

Dathan et abiron.
absalon.
ozias.

cipis nequitiæ: fideles autem formã habent auctoris omniũ dei patris: & Chriſti Ieſu filii eius: propter qđ ſi non elegerimus pro veritate mori in paſſione ipſius: vita eius non eſt in nobis: Et quoniam in præſcriptis perſonis multitudinem veſtri contemplatus ſum: in fide & dilectione moneo vt vnanimes in deo omnia facere feſtinetis: aſſidẽte epiſcopo in loco dei: & preſbyteris in loco conſiſtorii apoſtolorum & diaconis dulciſſimis: mihi quibus creditum eſt miniſteriũ Ieſu Chriſti: qui ante ſecula genitus eſt a patre deus verbum: vnigenitus filius: & in conſummatione ſeculorum ipſe permanet regni eius nõ erit finis: inquit Daniel propheta. Omnes in concordia inuicem diligamus: & ſecundum carnem nemo conſideret propoſitum ſuum: ſed ſecundũ Ieſum Chriſtum. Nihil ſit in vobis: qđ vos poſſit ſeparare: ſed adunamini epiſcopo: ſubiecti per ipſum deo in Chriſto. Sicuti ergo dominus ſine patre nihil facit (non enim poſſum inquit a me ipſo facere quicq̃) ſic etiam & vos ſine epiſcopo: ſiue preſbyteri, ſeu diaconi ſiue laicus. Nõ ergo aliquid rationabile vobis videatur: extra ipſius ſententiam. Tale enim iniquũ eſt: & ideo odioſum. Omnes in id ipſum ad orationem ſimul conuenite: vna deprecatio ſit cõmunis: vnus animus vna ſpes, dilectio immaculata in fide Ieſu Chriſti: qua nihil aliud melius eſt. Omnes adunati ad templum dei concurrite: ſicut ad vnum altare: ſicut ad vnum Ieſum Chriſtum pontificem ingeniti dei patris. Nolite errare in aliena gloria: neq; intendatis fabulis, & genealogiis interminatis & Iudaicis inflationibus. Vetera enim tranſierunt: & ecce facta ſunt omnia noua. Si enim nunc vſq; ſecundum legem Iudaicam & circunciſionem carnis viuamus: negamus nos gratiam accepiſſe. Sancti etenim prophetę ſecundũ Ieſum Chriſtum vixerunt: ideoq; & perſecutionem paſſi ſunt inſpirante gratia ad manifeſtationem incredulis: quia vnus eſt deus omnipotens qui manifeſtauit ſeipſum per Ieſum Chriſtum

filium ſuum qui eſt verbum ipſius non prolatiuum ſcilicet ſed ſubſtantiale : non locutio articulatę vocis :ſed operatio deitatis: ſubſtantia ſcilicet genita: in omnibus beneplacens ſuo genitori. Si ergo ex antiquis ſcripturis conuerſi ad va=cuam ſpem venerunt expectantes Chriſtum:(ſicut ipſe do=minus docet dicens: ſi crederetis Moyſi crederetis vtiqꝫ & mihi:de me enim ipſe ſcripſit. Nam & Abraham (inquit) pater veſter exultauit vt videret diem meum : vidit & ga=uiſus eſt. Ante Abraham enim (inquit) ego ſum) quomo=do nos poterimus viuere ſine ipſo:cui & prophetę ſerui fue runt:ſpiritu præuidentes eum & tanq̃ magiſtrum expecta=bant: & ſperabant vt dominũ & ſaluatorem dicentes: ipſe veniet & ſaluabit nos. Non ergo ſabbatizemus Iudaicis fe=riis gaudentes. Qui enim non operatur : non manducet. Et iterum. In ſudore vultus tui manducabis panem tuum: dicunt eloquia. Sed vnuſquiſqꝫ veſtrum ſabbatizet ſpirita=liter:meditationi legis congaudens. non corporis dimiſſio=ne fabricationẽ dei admirans: velut Iudæus.nõ omnia come dẽs: & tepidũ bibens:& mẽſurate ambulãs:& ſaltationes atqꝫ plauſum manuũ nũc habens. Sed pro ſabbatizatione diẽ feſtũ celebret omnis chriſtianus: dominicã reſurrectionẽ re galẽ eminẽtiſſimã oĩm dierũ: de qua ꝓpheta expectans dice bat:in finẽ pro octauo in quo die & vita noſtra exorta eſt: & mortis in Chriſto facta victoria: quã filii perditionis negant inimici ſcilicet ſaluatoris:quorũ deus vẽter eſt:q terrena ſa=piunt:amatores voluptatũ & nõ dei:ſpeciem quidẽ pietatis prę ſe ferentes:virtutem autem eius abnegantes:Chriſtum mercantes verbum dei in tabernis prædicantes & domi=num noſtrum Ieſum Chriſtum vendentes, mulierum cor=ruptores:aliena concupiſcentes & pecuniarum amatores: a quibus eruamini : miſericordia faciẽte:per dominũ noſtrũ Ieſum Chriſtũ. Nõ enim ſentimꝰ vtilitatẽ eius: niſi nos ten tauerit. Secũdũ autem qđ agimus iam nõ erimus:niſi ipſe

nos miſeratus fuerit: ſi em̄ iniquitates obſeruarit: qs ſuſtinebit? Efficiamur ergo digni cognomento qđ accepimus. Qui enim alio nomine pręter iſtud vocatur hic nō eſt dei: nō em̄ ſuſcipit prophetiā dicentē de nobis: qm̄ vocabitur noīe nouo: quo dn̄s vocauit eū: et erit popul⁹ ſanctus. Qđ et cōpletum eſt primo in Antiochia Syrię: vbi acquiſierūt diſcipuli nomē Chriſtianū Paulo et Petro fundātibus eccl'iam. Abiicite ergo malū vetus fermentū: qđ corrūpit et putrefacit et percipite nouū gratię fermētum. Exultate in Chriſto: vt non alienus dn̄etur veſtri. Ineptū eſt em̄ Ieſum Chriſtū lingua tantum proferre: et iudaiſmū in animo habere. Nō em̄ Chriſtianitas in iudaiſmū credidit: ſed iudaiſmus in Chriſtianitatem. Oēs deniq; gētiles ęqualiter crediderūt. Oīs lingua Chriſtum cōfeſſa ad dn̄m collecta eſt: et facti ſunt lapides corde: filii amici dei Abrahæ. et in ſemine eius bn̄dicti ſunt oēs: qui in vitā æternā deputati ſunt in Chriſto. Hæc aūt dilectiſſimi mihi taliter ſcribēs: non agnoui aliquos ex vobis ſic haberi: ſed ſicut minim⁹ veſtrū volo vos cōſeruatos eſſe: vt nō incidatis in hamos inanis glorię: ſed vt ad plenū inſtructi ſitis in Chriſto. qui ante ſecula genit⁹ eſt a pr̄e: poſt ea autē factus eſt ex Maria virgine ſine collocutione viri et nobiſcū cōuerſatus ſancte et ſine q̄rela: oēm infirmitatē omnemq; languorē curauit in populo. et ſigna atq; prodigia ꝑ bn̄ficiis hominū fecit. et illis qui lōge erāt: et illis qui ꝓpe: ī multitudine vnum et ſolū verū deū patrē ſuum annunciauit: et paſſionem pertulit: et ab interfectoribus ſuis Iudæis ſub pōtio pilato Pręſide et Herode Rege: crucem ſuſtinuit. et mortuus eſt atq; reſurrexit: et in cœlos aſcēdit ad illum qui miſit eū: et ſedet ad dexterā eius vēturuſq; eſt in cōſummationē ſeculi in gloria paterna iudicare viuos et mortuos et reddere vnicuiq; ſecundum opera ſua. hæc qui in pleno cognouerit et crediderit: beatus eſt: quō et vos amici dei et amatores Chriſti eſtis in plenitudine ſpei veſtræ: a qua

nulli veſtrum auerti contingat. Acquiſiui vos in omnibus: ſi quidem dignus ero. ſi enim vinctus ſum: ſed ad ſolutionē omniũ veſtrũ: non ſum victus. Scio em̄ qa nõ inflãmamini: quia Ieſum habetis ĩ vobis. Et magis cũ laudauero vos: ſcio quia reueremini ſicut ſcriptũ eſt: quoniã iuſtus ſui accuſator eſt in primordio ſermonis. & dic tu (inquit) primus peccata tua vt iuſtificeris. Cum feceritis (inquit) omnia quæ mandata ſunt vobis: dicite ſerui inutiles ſumus: quoniã in hominibus qui ſe exaltauerit delinquit ante deum. dicit em̄ deus propitius factus ſum peccatori: propter qđ magni illi Abraham & Iob terrã & cinerem ſemetipſos ante deũ nominauerũt. Et Dauid: quis ſum ego (ait) corã te domine quoniam glorificaſti me vſq; nũc? Nam & Moyſes ſupra omnes homines manſuetiſſimus dicit ad deũ: gracilis voce & tardus lingua ſum ego. Humiles ergo eſtote: & voſipſi vt exaltemini. Qui em̄ ſe humiliauerit: exaltabitur. & qui ſe exaltauerit humiliabitur. Studete ergo cõfirmari in dogmatibus domini & apoſtolorum vt ex omnibus quæ facitis dirigamini in viam rectam carne & ſpiritu fide & dilectione cum honore digno epiſcopo veſtro: & ſecũdũ deum diaconis. Subiecti eſtote epiſcopis & inuicē: quomodo Ieſus patri vt laus ſit in vobis ſecũdum deum ꝑ vidētes vos repletos omnibus bonis. Compendioſe rogaui vos in dilectione Ieſu Chriſti: mementote mei in orationibus veſtris (vt deum merear adipiſci) & eccleſiæ quæ eſt in Syria: cuius non ſum dignus vocari epiſcopus. Indigeo enim illa laudabili veſtra oratione: vt dignus ſim illam quæ in Syria eſt eccleſiam per bonã operationem veſtram paſcere in Chriſto. Salutant vos Epheſii de Smyrna vnde ſcribo vobis: pręſciētes quomodo in gloria dei in omnib9 refeciſtis me ſimul cũ Polycarpo. & cęterę eccleſiæ in honore Ieſu Chriſti ſalutant vos. Incolumes eſtote: in vnanimitate poſſidentes inſeparabilē ſpiritũ in Chriſto Ieſu per voluntatem dei. Amen.

¶ Ad Tarſenſes ex Philippis Epiſtola. IIII.

¶ Tarſus ciuitas metropolis Ciliciæ prouinciæ Pauli apoſtoli natalibus celeberrima ab Argiuis vt ſcribunt geographi condita hinc Tarſenſis.

¶ Ignatius, qui & Theophorus, ſalutem cõſecratæ in Chriſto eccleſiæ: laude digne & memoria dignæ: & dilectione dignæ quæ eſt in Tharſo & miſericordia & pax a deo patre & domino Ieſu Chriſto.

SAutiatus ſum in omnibus a Syria Romam vſq; cũ beſtiis depugnans non ab irrationabilibus ſcilicet beſtiis voratus. Ille enim voluntate dei pepercerũt Danieli: ſed humanã figurã habentibus: quę ſunt immanes beſtiæ. Obſident enim me nocte, dieq; ac deuorant: ſed nulli iniquorũ iſtorꝝ facio ſermonem: neq; habeo naturam meam tam honorabilem mihi vt plus eam q̃ dominũ diligã ꝓpter qđ paratus ſum ad ignem ad beſtias ad gladios: & crucẽ tantum vt Chriſtum videam ſaluatorem meũ & deum qui pro me mortuus eſt. Rogo ergo vos ego vinctus Chriſti qui per terrã & mare exagitor: ſtate in fide cõfirmati: quoniã iuſtus ex fide viuit. Eſtote inclinabiles & vnanimes in fide: quoniã dominus habitare fecit vnanimes in domo. Agnoui enim quoniã quidã ex miniſtris ſathanę voluerũt vos cõturbare: quorũ quidã dicũt quia Ieſus putatiue natus eſt, & putatiue crucifixus. quidã vero quia nõ eſt filius eius qui fecit mũdũ. alii autẽ quia ipſe eſt ille qui eſt ſuper omnia deus. Alii quoq; quia homo eſt purus. quidam vero quia caro eius nõ reſurrexit: & quia oportet terminabilem vitam haberi: atq; hanc eſſe finem bonorum quæ nõ multo poſt corrumpitur. quibus quidem multorum malorum ager cumulatus eſt. Sed vos non intendatis mendaciis eorum. Pauli enim eſtis ciues & diſcipuli: qui ab Hieroſolymis & in circuitu vſq; ad

Illyricum cuncta repleuit euangelio,& ſtigmata Chriſti in corpore ſuo portauit: Cuius memores eſtote omnibus modis: & cognoſcite quia dominus Ieſus Chriſtus vere natus eſt de Maria: factus ex muliere: & vere crucifixus eſt. in qua cruce gloriatur Paulus dicens. Mihi autem abſit gloriari: niſi in cruce domini noſtri Ieſu Chriſti. & vere paſſus eſt & mortuus: & reſurrexit. ſi enim paſſibilis (inquit) Chriſtus: et ſi primus ex mortuis reſurrexit & qui mortuus eſt peccato: mortuus eſt ſemel. qđ autem viuit: viuit deo. Inſuperq́ neceſſitas vinculorum: Chriſto non mortuo quæ neceſſitas tolerantiæ: aut quæ neceſſitas flagellorum. Quid q́ Petrus crucifixus eſt? Paulus et Iacobus gladiis obtruncati ſunt: Ioānes in Pathmon relegatus eſt. ſed et Stephanus a domini interfectoribus Iudæis lapidibus extinctus eſt. Sed nec quidem in hoc eſt victoria: vere enim crucifixus eſt dominus ab impiis: et quia iſte qui natus eſt ex muliere filius eſt dei et qui crucifixus eſt primogenitus eſt omnis creaturæ et deus verbum et ipſe fecit omnia iuſſione patris. qđ Apoſtolus corroborat dicens: vnus deus pater ex quo omnia: et vnus dominus Ieſus Chriſtus per quem omnia. et iterum vnus enim deus: vnus et mediator dei et hominum homo Chriſtus Ieſus: qui eſt imago dei inuiſibilis, primogenitus vniuerſæ creaturæ: quoniam in ipſo creata ſunt omnia quę ſunt in cœlo et in terra viſibilia et inuiſibilia. et ipſe eſt ante omnes: et omnia in ipſo conſtant. Et quia non eſt ipſe ille qui eſt ſuper omnia deus: ſed filius ipſius: qui et aſcendere ſe ad eum profitetur dicens: Aſcendo ad patrem meum, et patrem veſtrum et ad deum meum et deum veſtrum. Et quādo ei fuerit omnia ſubiecta: tūc et ipſe ſubiectus erit illi qui ei ſubdidit oīa: vt ſit deus omnia in oībus: ergo alius eſt ille qui ſubiecit filio omnia et qui eſt omnia in oībus: et alius filius cui ſubiecta ſunt omnia: qui et poſt hæc omnia ſubiectus erit illi qui et ſubdidit oīa: et nō eſt homo purus ille per

quem & in quo facta ſunt omnia. Qa em̄ inquit per ipſum facta ſunt. Et in libro ſapientię ipſe de ſeipſo refert dicẽs: cū faceret cœlum aderam illi. & iterum. Ego eram apud eum cūcta componẽs: & cõgaudebat mihi quotidie. Quomodo aūt homo purus audiret: ſede ad dexterā meam? aut quomodo diceret: anteq̄ Abraham fieret ego ſum: vel illud qđ ait: gloria illa glorifica me: quā habui apud te priuſq̄ mundus fieret? Quis aūt homo poſſet dicere: deſcendi de cœlo nõ vt faciam voluntatẽ meam: ſed voluntatem eius qui miſit me? Vel de quo homine diceretur: erat lumen verum qđ illuminat omnẽ hominẽ venientẽ in hunc mundū. in hoc mundo erat & mundus per ipſum factus eſt: & mūdus eū nõ cognouit? In propria venit: & ſui eū non receperūt? Quomodo ergo huiuſmodi homo eſt purus: ex Maria demū habens initium vt eſſet: & non potius deus verbū & filius vnigenitus de quo dictū eſt. In principio erat verbū & verbū erat apud deum & deus erat verbū: omnia per ipſum facta ſunt: et ſine ipſo factū eſt nihil. et paulopoſt: vidimus gloriā eius: gloriā quaſi vnigeniti a patre plenū gratię et veritatis. Et iterum. vnigenitus qui eſt in ſinu patris: ipſe enarrauit. qui et per Salomonem refert dicens: creauit me dn̄s principiū viarum ſuarum in opeta ſua ante ſecula fundauit me: ante autem omnes colles genuit me. Et reſuſcitaturus eſt corpora noſtra. dixit em̄. Amẽ dico vobis: quoniā venit hora in qua omnes qui in nomunẽtis ſunt: audiẽt vocem filii dei: & qui audierint viuent. Quod etiā apoſtolus cõfirmat dicẽs: oportet corruptibile hoc induere incorruptionẽ: et mortale hoc induere immortalitatẽ. Et quia oportet caſte ac iuſte viuere: iterū dicit. nolite errare: neq; fornicarii: neq; molles: neq; maſculorū cõcubitores: neq; maledici: neq; ebrioſi: neq; fures neq; rapaces regnū dei poſſidebunt. Et ſi mortui non reſurgunt neq; Chriſtus reſurrexit: vacua eſt ergo prędicatio noſtra: vacua ẽ fides veſtra: et adhuc eſtis ĩ peccatis veſtris.

Ergo & qui dormierũt in Chriſto pierũt. Si in hac tm̃ ſpe-
rãtes ſumus in Chriſto miſerabiliores ſumus oĩbus hoĩbus
ſi mortui non reſurgunt:mãducemus & bibamus craſtina
em̃ moriemur. Si autẽ ſic cõfidimus.quæ eſt differentia ho
minum & canũ vel aſinorum qui nihil de futuro cogitant?
qui comeſtionis tm̃ modo appetitores ſunt:& poſt comeſtio
nem inſcii ſunt qd interius moueat. Acqſiui vos in dño:ela
borate vnuſquiſq; omnẽ malitiã deponere:& ferocem ani-
mum & maliloquia:& calũniam: & turpiloquium :malam
conuerſationem:ſuſurrationẽ inflationẽ:malignã:auaritiã:
inanem gloriã:inuidiã:& omnia quę his ſimilia ſunt. Indui
te autem dominum noſtrum Ieſum Chriſtũ: Et carnis curã
ne feceritis in cõcupiſcẽtiis. Preſbyteri ſubditi eſtote epiſco- nota
po:diaconi preſbyteris:populus diaconis. Pro aĩabus hanc
ordinationem cuſtodientibus ego efficiar & dñs ſit cum eis
indeficienter. Mando vobis o viri diligite cõiuges veſtras:
filii honorate patres:& vos parẽtes nutrite filios in erudi-
tione & diſciplina domini. Eas quæ in virginitate ſunt ho-
norate:ſicut ſacras Chriſti:viduas pudicas vt ſacrariũ d.i
veneremini:domini cum parcitate eſtote:ſerui cum timore
dñis ſeruite.nemo ocioſus in vobis ſit.mater enim egeſtatis
eſt vacuitas. Hęc autẽ dicẽs nõ impero quãtum oportet &
ſi quidem vinctus ſum tanq̃ fratres commoneo. Et ſi domi-
nus eſt vobiſcum:acquiſiui vos oratiõibus:veſtris incũbite
vt Ieſum merear adipiſci: cõmendo vobis eccl'iam: quæ eſt
in Antiochia. Salutant vos & electę eccleſię Philippenſium:
vnde & ſcribo vobis. Salutat vos Philõ diaconus veſter:cui
& ego gratias ago bene mihi ſeruienti in omnibus. Salutat
vos Agathopus diacon9 de Syria qui me ſequitur in Chri-
ſto. Salutate inuicem in oſculo ſancto. Saluto vniuerſos &
vniuerſas qui ſunt in Chriſto. Incolumes eſtote corpore
et animo et ſpiritu et mei ne obliuiſcamini:et ſit deus vo-
biſcum. Amen.

¶ Ad Philippenſes de baptiſmo per Euphaniũ lectorem nauim iã aſcenſurũ. Epiſtola. V.

¶ Philippi ciuitas eſt in prima parte Macedoniæ: & hinc quoqꝫ dicti Philippenſes.

¶ Ignatius qui & Theophorus: ex imperio dei patris miſericordiã cõſecutę in fide & patiẽtia: & dilectione ſine dolo eccleſię q̃ eſt Philippis: miſericordia & pax a deo patre & dño Ieſu Chriſto: qui eſt ſaluator oĩm hoĩm maxieqꝫ fideliũ.

Memores charitatis veſtrę & ſollicitudinis quę eſt in Chriſto: quã oſtenditis in nobis: decẽs eſſe arbitrati ſumꝰ ſcribere ad fraternã in dño vnanimitatis veſtrę dilectionẽ cõmonitos vos faciẽs curſus noſtri: vt idipſm̃ dicatis omnes: vnũ ſentiẽtes: ĩ hoc ipõ fidei reglãs: ꝓceptaqꝫ feci: ſicuti & Paulus erudiẽs vos dicit: vnus eſt eñ oĩm deꝰ pater Chriſti: ex quo oĩa & vnꝰ dñs noſter Ieſus Chriſtus filius dei vnigenitus: dñator vniuerſorũ: per quẽ oĩa. Vnus aũt etiã ſpũs ſanctus quẽ opabatur in Moyſe & ꝓphetis & apoſtolis. vnũ quoqꝫ eſt baptiſma: qd̃ datur in morte Chriſti: vna itaqꝫ eccleſia etiã eſſe debet & vna fides: q̃ eſt in Chriſto ſecundũ dictũ eiuſdẽ apl̃i dicẽtis? Vnus deus: vna fides: vnũ baptiſma. Vnus deus pater oĩm: q̃ eſt ſup oẽs & ꝑ oẽs & in oĩbus. Vnꝰ eſt ergo deꝰ pater: & nõ duo vel tres. Vnꝰ ſcilicet qui eſt: & nõ eſt ꝑter eũ ſolũ verus. Dñs eñ (inquit) deus tuus: deus vnus eſt. & iterũ: Nõne vnus dñs creauit nos & vnus pr̃ eſt oĩm noſtrũ? Vnus quoqꝫ & filius: deus verbũ: vnigenitus (inquit) qui eſt in ſinu patris. Et rurſum vnus dominus Ieſus Chriſtus: & alibi qd̃ eſt nomen eius aut qd̃ eſt nomen filii eius. Scitote autem quia vnus eſt etiam ſpiritus ſanctus paracletus. Sicut idem Paulus ait. vnus ſpiritꝰ:

ſicut vocati eſtis in vnam ſpem vocationis veſtræ. Et iterũ omnes inquit in vno ſpiritu parati ſumus manifeſte autem omnia dona gratiarum ipſe vnus atq; idem ſpiritus operatur. Ergo neq; tres ſunt patres neq; tres filii: ſed neq; tres paracleti: ſed vnus pater & vnus filius & vnus paracletus: propter qđ & dominus mittens apoſtolos docere omnes gentes: pręcepit eis baptiſare eas in nomine patris: & filii & ſpiritus ſancti. Non in vnum quędam trinomium: neq; in tres vnius eiuſdemq; honoris. quia vnus eſt tantum qui homo factus eſt non pater ſcilicet neq; paracletus ſed ſolus filius non putatiue neq; in phantaſmate: ſed certiſſima veritate. Verbum enim caro factum eſt: & inhabitauit eam. Sapientia nanq; ędificauit ſibi domum: & factus eſt: ſicut homo deus cum corpore: qđ ſuſcepit ex virgine non ex collocutione ſcilicet aut ſemine viri. Virgo enim inquit in vtero concipiet & pariet filium. Vere natus eſt vere creuit vere manducauit: & bibit: vere crucifix9 eſt & mortu9 et reſurrexit. Qui hæc credit vt vera eius continet natiuitas, beatus eſt: qui autem hæc nõ credit diſtat nihil ab eis qui eũ crucifixerunt. Princeps enim huius mundi in hoc gaudet: quando quis crucem negauerit. Interitum enim ſibi ipſi eſſe cognouit confeſſionem crucis. hoc enim tropheum eſt contra eius virtutem qđ videns expaueſcit & audiens timet. Nam et anteq̃ facta eſſet crux feſtinabat facere hoc & operari in filiis diffidentię: operatus eſt autem inuidia in phariſeis & ſaduceis: in ſenioribus & iuuenibus: et in ſacerdotibus. Cum aũt properaret vt fieret cõturbabaẽ et poſtea deſperationẽ immiſit ꝓditori: et laqueũ ei oſtẽdit et ſuſpendiũ eum docuit: et mulieri immiſit timorẽ in ſomno ipſe: conturbans et compeſcere tentans patibulum crucis: ipſe omnia euocans mouet in ſuam perniciem: non recognoſcẽs. in tantũ enim mala erant non omnia Malignus autem ſentiebat ſuam perditionem. initiũ em̃ illi fuit ad dãnationẽ crux

Chriſti principium mortis: initium perditionis. propter qđ in aliquibus quidem operatur negare crucem: paſſionē erubeſcere: qui vt funeſtū putant vocari de virgine generationem circūcidere ipſam naturā & diffamare quaſi odioſam: Iudæorum auxiliator eſt ad negationem crucis: paganorū ad calumniā Mariæ: hæreticorum ad phantaſiam. Multiformis eſt em̄ malitię princeps: furans ſenſus: cōtrarius ſibimet ipſi: & alia qdē ſuggerens: alia vero oſtētās. Sapiēs eſt em̄ ad malefaciēdū: qđ bonū eſt aūt neſcit aliquādo: ignorantia em̄ repletus eſt ꝑ inobediētiā. Qūo em̄ nō ſit talis q nō ſibi ꝓponit ſuū ſermonē? Si em̄ homo purus eſt dn̄s ex anima & corpore: quid circūcidis natiuitatem communē naturæ hominū. Quid tanꝗ paruam gloriam in homine factam paſſionē ſimulationem vocas & mortē immortalis gloriā exiſtimas. Si deus eſt homo quid vnicum vocas dominū gloriæ illum videlicet natura immutabilem? Quid ſine lege dicis legiſlatorem: qui non humanam naturam habuit: Verbum caro factum eſt, verbum homo. ſed nō in homine. Quomodo igitur magnus eſt ille qui in principio omnem ſenſibilem & intelligibilem naturam voluntate patris pręparauit: qui cum eſſet in carne omnem infirmitatem atq; lāguorem curauit. Quo modo autem non eſt deus ille qui mortuos reſuſcitauit, claudos ſanauit, leproſos mundauit: cęcos illuminauit, aquam in vinum conuertit, tuūq; exercitum verbo tantum fugauit? Quid ergo deiicis naturā: virginis & membra turpia vocas. hæc ergo præſeminas: & nudari iubes maſculos in facie fœminarum: fœminas vero in illicitum deſiderium maſculorum. tunc omnia turpia videntur: & pudicum tę ipſum facis: cum tu ſis fornicationis ſpiritus. Ignoras quia tunc fit aliquid turpe. quādo illicite perpetratur? Cæterum nihil turpe eſt qđ ſine peccato geritur: nihil prauū, ſed omnia bona valde. Et tu nō vidēs peſſundas eā. Quomodo rurſum nō tibi videt̄ natus eē Chriſtus ex virgine: ſed ille q eſt

ſuper omnia deus:ille ſcilicet omnia potẽs.quis ergo eſt qui
hũc miſit dicito:qſue huic dñatur vel cuius ſententię ſubie
ctus fuit:aut cuius legem adimpleuit? Tu qui nullius ſentẽ
tiam vel poteſtatem habes:Chriſtũ ſeparas a gñatiõe:legiſ=
latorem ingenitũ eſſe pronũcias:& cruci affixũ illũ qui eſt ſi
ne principio.Cuius ergo permiſſu hoc factũ eſt:nõ eſt dice=
re.Nõ em̃ me latuit tuũ antiquũ cõſiliũ:neq; ignoro q̃m̃ cur
ue & lubrice incedis: tu aũt ignoras quis eſt qui natus eſt:q
omnia ſcire te fingis.Multa em̃ te latent: virginitas ſcilicet
Mariæ:glorioſus partus de cuius corpore deus proceſſit.
ſtella orientis quæ apparuit:munera ferentibus magis: ar=
chãgeli ſalutatio ad virginẽ facta:virginis glorioſa cõceptio:
deſponſatæ puellæ prędicatio:et virginis in vtero infantis
pręuiſio: angelorum hymno glorię ad gentiũ paſtores annũ
ciatio.Herodis timor in extollentia regni:p̃ceptio ad paruu
lorum necem:in ęgyptũ tranſmigratio:atq; exinde reuerſio
cunabula infantilia:deſcriptio humana:lactis nutritio:no=
men patris nõ ſeminãtis.pręſepe vbi poſitus eſt:eo q̃ nõ fue
rit locus.nulla humana pręparatio:prouectus ętatis:cremẽ
tum corporis:humana loquela.Sed & q̃ eſuriit: ſitiuit: iter
ambulauit:laborauit:ſacrificiorum oblatio: circuncíſio:ba=
ptiſma. Vox dei deſuper ad baptiſatum:quid vel vnde fue=
rit teſtificatio ſpũs & dei vox Ioannis prophetia ſignificãtis:
paſſionem per agni appellationẽ:diuerſorum ſignorũ opera
tio:varię curationes:imperiũ domini quo mari imperauit:
& ventos ſedauit:& ſpiritus iniquos fugauit:teipſum tor=
quens & manifeſtatione virtutis ſuæ affligens hæc omnia
videns non habes quid facias niſi tenebroſas vertigines. Et
q̃ virgo peperit ignoras:ſed confundit te angelorum lau=
datio:magorum adoratio.ſtellę apparitio.Ignorantiam igi=
tur olim incurriſti per contumaciam: parua tibi videntur
cunabula:paſſiones:circuncíſio:lactis nutritio:indigna tibi
deo eſſe hæc videntur. Iterum ne vidiſti hominem qua=

draginta diebus & quadraginta noctibus inguſtato cibo
humano:& angelos ei miniſtrantes quos & tu timebas: vi-
dens primo quaſi communem hominem baptiſatum:et cau
ſam ignorans poſt ieiunium vero eſuriẽti:inſidiabaris et tẽ
tabas quaſi communem hominem:ignorãs quis eſſet. Dice
bas enim ſi fili9 dei es: ignorãtię id eſt. nam ſi vere cognoſce
res ſcires ſine dubio:quia quæ impoſſibilia videntur ad fa-
ciẽdum: & difficilia ad conuertendum:factori omnia poſſi
bilia ſunt. Et propter ventrem tentans eũ:qui paſcit omnes
eſca indigẽtes:audes tẽtare dñm gloriæ: oblitus per tuam
malitiam quia non in pane ſolo viuit homo: ſed in omni ver
bo qđ procedit ex ore dei:ſcires quia filius dei erat. Cognoſ
ceres vtiq; quia in quadraginta diebus & quadraginta no
ctibus nullo egens:reddẽs corruptibile corpus:etiam in cõ-
tinuatione hoc facere poterat. Sed idcirco eſuriit:vt oſten-
deret quia vere ſuſcepit corpus paſſibile:ſimile hominibus.
propterea & primo oſtendit quia deus erat:& ſecundo quia
& homo fuit. Tu ergo qui tanq̃ fulgur de ſublimi gloria ce
cidiſti:audes dicere domino mitte te deorſum? Cui ea quæ
ſunt ęſtimantur quaſi quæ non ſunt.& ad inanem gloriam
prouocas eum qui non extollitur. & fingis te ſcripturas
de eo legere dicens:ſcriptum eſt enim quoniam angelis ſuis
mandauit de te: nequãdo offendas ad lapidem pedem tuũ.
& fingis te ſequentia ignorare auferens ea quæ de te ac de
tuis miniſtris prophetauit dicens. ſuper aſpidem & baſiliſ-
cum ambulabis:& conculcabis leonem & draconem. Si ergo
conculcatio es pedum domini:quomodo tentas intentabi-
lem? immemor legiſlatoris qui dixit non tentabis dominum
deum tuum? Et audes impudentiſſime opera dei aſſume-
re: & dicere quia tibi traditus eſt principatus eorum: et
caſum tuum oſtendis contra dominum deum tuum & pro
mittens te ei dare quæ ſunt ipſius: dicens, hæc omnia tibi
dabo ſi cadens in terram adoraueris me. Quomodo non ti-

muiſti talem vocem contra dominum emittere: tu qui omnium malignorum ſpirituum maligniſſimus es! Et pro malitia ventre & pectore ſup terrã repere iuſſus es! & per inanem gloriam in honoratus es! Qui per auaritiam & arrogantiam ad impietatem deductus es! Tu incenſor: draco: apoſtata: ſerpens proplexus a deo diſcedens: a Chriſto ſeparatus! a ſancto ſpiritu alienus: & a choro angelorum exulãs. Iniuriator legis dei: et legitimorum inimicus: qui ſuper protoplaſtos inſurrexiſti: & a mandato dei auertiſti eos qui nihil te lęſerunt: qui aduerſus Abel Caym parricidam excitaſti: qui in Iob mala exercuiſti! Tu ergo huiuſmodi dicis domino: ſi cadẽs in terrã adoraueris me! O audacia! o puniende ſerue fugitiue: ſerue flagellande: exterminator bonorum: domino dominorum: perfecto deo omnium intelligibilium: atq; ſenſibilium dicis: ſi cadens adoraueris me! Dominus autem longanimus eſt: qui nõ in prȩſenti & ilico interficit eum qui per ignorantiam & audaciam talia dicit: ſed manſuete reſpondet dicens: Vade Sathana. Nõ dixit reuertere poſt me: non enim es reuerſurus aliquando: ſed vade inquit Sathana: in ea quæ tibi elegiſti loca: vade in ea quibus prouocatus es a tua malitia. Ego autem ſcio quis ſum: et a quo miſſus ſum: & ſcio quem debeo adorare. Dominum enim (inquit) deum tuum adorabis: & illi ſoli ſeruies. Scio ei & noui vnum ſolum: cui non denego ſeruire: a quo tu apoſtata factus es. Non enim ſum Antitheus hoc eſt contrarius deo: ſed confiteor eius eminentiam: et non recuſo adorare eum quem noui natiuitatis meæ autorem & dominum atq; meæ perſeuerantię cuſtodem. Ego enim viuo propter patrem. Hæc autem fratres per diſpoſitionem dei coactus ſum mitterre ad vos: monens vos ad gloriam dei: non quaſi extraneus: ſed ſicut frater. Subiecti eſtote epiſcopo: & preſbyteris: et diaconis. Diligite inuicem in domino: ſicut dei ſimulacra.

videte ergo viri: vt diligatis vxores veſtras vt ꝓpria mēbra mulieres vero ſicut vnitatis tactu viros veſtros amate. Qui caſtus vel cōtinēs eſt nō extollatur: ne perdat mercedē ſuā. Dies feſtos nolite inhonorare: quadrageſimam vero nolite pro nihilo habere: imitationem enim continet dei conuerſationis. Hebdomadā etiam paſſionis nolite deſpicere. Quarta vero & ſexta feria ieiunate: reliquias pauperibus porrigentes. Quicunqꝫ dominicam aut ſabbatum ieiunauerit pͤter vnum ſabbatum paſchę: ipſe eſt Chriſti interfector. Orationes veſtræ protendantur ad eccleſiam Antiochiæ: Vnde & vinctus ducor Rhomam. Saluto ſanctum epiſcopū Polycarpum. Saluto ſanctum epiſcopum Vitalem & ſacroſanctum preſbyterum: & conſeruos meos diaconos: pro quorū animabus ego efficiar. Adhuc dico epiſcopo & preſbyteris in domino quicunqꝫ cum Iudæis paſcha egerit: aut ſolennia dierum feſtorum eorum ſuſceperit: comparticipabit eis qui dominū & apoſtolos eius occiderunt. Salutant vos Philon & Agathopus diaconi. Saluto congregationem virginū: legionem viduarum: a quibus adiutus ſum. Saluto populum domini a minimo vſqꝫ ad maximū. Trāſmiſi vobis hęc mea ſcripta per Euphaniū lectorem virum deo honorabilem & fideliſſimū: qui mihi occurrit in regionem iam nauim aſcenſuro. Mementote vinculorum meorū: vt conſummer in domino. Incolumes eſtote carne & anima & ſpiritu pfecta ſentientes: deuitantes operarios iniquitatis: & corruptores verbi veritatis confortati in gratia domini noſtri Ieſu Chriſti. Amen.

¶ Ad Philadelphienſes ex Troia Epiſtola. VI.

¶ Philadelphia Miſiæ vrbs frequentibus terræ ſuccuſſionibus patens frequentibuſqꝫ agitata terræ tremoribus. idcirco malefidos parietes concuſſionum iniurijs diſcutiantur rimiſqꝫ pateant. Hinc Philadelphienſes.

Ignatius,qui & Theophorus,eccleſię dei patris & domini
noſtri Ieſu Chriſti (quæ eſt in Philadelphia) miſericordiam
cõſecutę in dilectione & cõfirmatione & in cõcordia & exul
tatione dei:in paſſione domini indiuiſæ & in reſurrectione
eius: repletæ omni miſericordia quam & ſaluto in ſanguine
Ieſu Chriſti qđ eſt gaudiũ ſempiternũ. & ſingulare maxime
iis qui ſunt in vnũ cũ epiſcopo,cũ preſbyteris & diaconis ꝓ
batis in volũtate dei patris: per dominũ Ieſum Chriſtũ qui
ſecundũ ſuã volũtatẽ ſolidauit firmiter eccleſiã eius ſuper
petrã ædificio ſpirituali non manufacto: quã flumina inun-
dantia & flantes venti nõ valuerũt ſubuertere nec valebũt
aliquando ſpiritus nequitię: ſed debilitãtur virtute domini
noſtri Ieſu Chriſti.

Videns autẽ epiſcopũ veſtrũ cognoui: qa nõ a ſemet
ipſo,neq; ab hominibus promotus eſt ĩ miniſteriũ
ad cõmunionẽ pertinens,neq; per inanẽ gloriã: ſed
in dilectione Ieſu Chriſti & dei patris qui reſuſcitauit eũ a
mortuis,cuius expaueſco mãſuetudinẽ,quomodo tacẽs am
plius poteſt a loquẽte. Aptus eſt eñi mãdatis dñi & iuſtitia
eius ſicut chordæ citharę: & eſt irrephẽſibilis nõ minꝰ a Za-
charia ſacerdote. propter qđ beatificat anima mea illius ſe-
cũdũ deũ diſpoſitionẽ: cognoſcẽs innoſcentẽ & perfectam &
immobilẽ & ſine ira circa oẽs eiꝰ mãſuetudinẽ tãq̃ dei viui.
Sicut ergo filii lucis fugite diuiſionẽ vnitatis,& malam do-
ctrinã hæreticorũ: ex quibus exit coinquinatio in omnẽ ter
rã. vbi ergo paſtor ẽ illuc ſicut oues cõgregamini,multi eñ
lupi pellibus ouiũ induti volũtate mala captiuant decurrẽ-
tes ad deũ ſed in veritate veſtra nõ inueniũt locũ. Abſtinete
itaq; vos a verbis malis quæ Ieſus Chriſtus non ſeminauit:
ſed hominũ interfectrix beſtia. propter qđ non ſunt planta-
tio patris: ſed ſeminariũ nequiſſimi. Non ergo ſeparationẽ
inueniens apud vos hęc ſcribo: ſed vt muniens vos vt filios
dei. Quotquot ſunt Chriſti ipſi ſunt epiſcopi. Qui autẽ de-

clinant eum vel communionem eius: & ſociant ſe cum maledicis: ipſi cũ illis ſimul abſcinduntur. Non enim ſunt agricolę Chriſti ſed inimici ſeminarium: a quib9 eruamini ſemper precibus aſſidentis paſtoris veſtri fideliſſimi & mitiſſimi. Rogo itaq; vos in domino quicunq; pœnitentes venerit ad vnitatem eccleſiæ: ſuſcipite eos cum omni manſuetudine vt per vtilitatem & bonam demonſtrationem: de luto & muſcipula diaboli eruti & digni Ieſu Chriſto effecti, ſempiternam ſalutem participẽt in regno Chriſti. Nolite ergo errare fratres. Quicunq; enim ſeparatum a veritate fuerit ſecutus: regnum dei non hæreditabit. Et qui non diſceſſerit a falſiloquo prædicatore: in gehennam damnabitur. Vnde nec a iuſtis diſcedere neq; iniuſtis appropinquare oportet. Quicunq; enim in aliena ſententia ambulauerit: ipſe non eſt Chriſti nec paſſionis eius particeps: ſed eſt fraudator & corruptor vineæ Chriſti. Tali ne commiſceamini: ne ſimul cum eo pereatis: nec ſi pater ſit vel filius: aut frater aut domeſticus. nõ enim (inquit) parcat oculus tuus ſuper eum. Qui ergo odio habet deum: oportet etiam vos eos odire: & ſuper inimicos eius tabeſcere: non quidem perſequi eos: aut percutere eos oportet ſecundum gentes quę non nouerunt deum: ſed inimicos arbitrari: & ſeparari ab eis: & monere eos & ad pœnitentiam prouocare: ſi forte audiant & acquieſcant. Amator enim hominũ eſt deus noſter: & vult omnes homines ſaluos fieri & ad agnitionem veritatis venire. propter qđ & ſolem oriri facit ſuper bonos & malos: & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos. Cuius vtilitatis etiam nos dominus volens eſſe imitatores dicit: eſtote perfecti ſicut & pater veſter cœleſtis perfectus eſt. Ego confido in vobis quoniam in domino nihil aliud ſapitis. Propterea fiducialiter ſcribo deo dignę dilectioni veſtræ rogans vos vt inſtetis vni fidei, vni prædicationi: vna gratiarum actione vtentes. vna eſt enim caro domini Ieſu: & vnus eius ſanguis: qui pro nobis effu-

ſus eſt: vnus etiam panis pro omnibus confractus: & vnus
calix totius eccleſiæ: & vnus epiſcopus ſimul cum omnibus
preſbyteris & diaconis conſeruis meis. quia & vnus eſt in-
genitus deus pater: & vnus vnigenitus filius deus verbum
& homo: & vnus paracletus ſpiritus veritatis: vna etiam
prædicatio: & fides vna & vnum baptiſma: & vna eccleſia
quam fundauerunt ſancti apoſtoli a finibus vſq; ad fines in
ſanguine Chriſti propriis ſudoribus & laboribus. Et vos
ergo oportet ſicut populum ſacerdotalem & gentem ſan-
ctam, ad concordiam omnes in Chriſto conſummari. Mulie
res vero ſubditæ eſtote viris veſtris in timore dei: virgines
Chriſto in incorruptione: non execrantes nuptias: ſed me-
liora: diligentes non in criminatione contagii: ſed propter
legis meditationem. Filii ſubditi eſtote parentibus: & diligi
te eos tanq̃ cooperarios dei ad veſtram generationem. Serui
ſubditi eſtote dominis veſtris in deo vt Chriſti liberti effi-
ciamini. viri diligite vxores veſtras ſicut conſeruas in domi
no vt proprium corpus: ſicut ſocias vitę & cooperatrices ad
filiorum procreationem. Virgines ſolũ Chriſtum prę ocu-
lis habete: & eius patrem in animabus veſtris illuminatę a
ſpiritu ſancto. Memor ſum ſanctitatis veſtræ ſicut Heliæ: ſi
cut Ieſu Naue: ſicut Melchiſedech: ſicut Heliſęi: ſicut Hiere
mię: ſicut Ioannis Baptiſtę: ſicut dilectiſſimi diſcipuli: ſicut
Timothei: ſicut Titi: ſicut Enodii: ſicut Clementis: vel eorũ
qui in caſtitate de vita exierunt. Non detraho autem cæte-
ris beatis qui nuptiis copulati fuerunt: quorũ nũc memini.
opto eñ deo dignus ad veſtigia eorum in regno ipſius inue
niri ſicut Abrahã & Yſaac & Iacob: ſicut Ioſeph et Eſaias et
cæteri prophetæ: ſicut Petrus et Paulus et reliqui apoſtoli:
qui nuptiis fuerũt ſociati: qui nõ libidinis cauſa: ſed poſteri
tatis ſubrogãdę gratia cõiuges habuerũt. Patres nutrite fi-
lios veſtros ĩ eruditiõe et diſciplina dñi: et docete eos ſacras
lr̃as et artes honeſtas vt nõ ocio gaudeãt: bñ eñ (inqt) nutrit

pater iuſtus:in filio autem ſapiente lętabitur cor eius. Dñi benigne in domeſticos veſtros intendite: ſicut ſanctus Iob docuit.vna enim eſt natura:& vnum genus hominum. In Chriſto autē neq; ſeruus neq; liber. Principes ſubditi eſtote Cęſari:milites pricipibus:diaconi preſbyteris vt ſacrorum amminiſtratorib⁹:preſbyteri vero & diaconi atq; omnis clerus ſimul cū omni populo & militibus atq; principibus ſed & Cæſare obediant epiſcopo:epiſcopus vero Chriſto,ſicut patri Chriſtus.et ita vnitas per oīa ſeruatur. Sint autem vidueę nō vagę neq; guloſę neq; proterue:ſed pudicę et ſobrię ſicut iudith & Anna.Hæc aūt nō ſicut apoſtolus pcipio. qs enim ſum ego aut & quę domus eſt patris mei:vt ęqualem me illis dicam?ſed ſicut cōmilito veſter obedientię ordinem continēs.Fratres mei valde pronus ſum ad dilectionem veſtram:ſuperexultans de vnanimitate veſtra.Moneo eñ vos non ego ſed dñs Ieſus per me:in quo vinctus ſum. Adhuc magis timeo quia nondum perfectus ſum: ſed oratio veſtra faciet me perfectum apud deū: vt eū in quo vocat⁹ ſum merear adipiſci:cōfugiens ad euāgeliū tāq̄ ad corp⁹ Ieſu Chriſti. Ad apoſtolos tanq̄ ad preſbyteros eccleſię.Et pphetas q̄dē diligo:vt Chriſtū pnūciātes:cōtinētes eius ſpm̄ ſicuti & apoſtoli.Sicut eñ pſeudo prophetę:& pſeudo apoſtoli vnū eūdēq; malignū & ſeductorē:& pplm̄ errare faciētē ſpm̄ aſſumpſerūt:ſic iterū veri pphetę:vt veri apl'i vnū eūdēq; ſanctū principalē bonū & verū atq; doctorē p Chriſtū acceperūt ſpm̄. Vnus eñ deus veterū & noui teſtamētī:vn⁹ & mediator dei & hominū:ac facturā intelligibiliū & ſenſibiliū & prouidētiā gerēs omniū: vnus quoq; & paracletus:qui operabatur in Moyſe & prophetis & apoſtolis. Omnes eñ ſancti cū Chriſto ſaluati ſunt per ipſum in ipm̄ ſperātes atq; ipſum expectātes:& per ipſum ſalutē adepti ſunt q erāt digni dilectione & digni laude, ſanctificati a Chriſto Ieſu:teſtificantes in euangelio ſpei communi. Si quis deum legis

et prophetarũ vnũ prædicauerit Chriſtum autẽ negauerit filiũ eſſe dei mendax eſt quomodo & pater eius diabolus: & eſt huiuſmodi inferioris circũciſionis pſeudo Iudęus. Si autem quis confitetur Chriſtũ Ieſum dominũ:negat autẽ deũ legis & prophetarũ patrem eſſe Chriſti: hic in veritate non ſtat,quomodo nec pater eius diabolus: & eſt huiuſmodi Simonis magi: & non ſancti ſpiritus diſcipulus. Si quis autem dicit vnũ deũ:confiteturq́ꝫ Ieſum Chriſtũ:hominẽ vero purũ putans dominũ & non deũ vnigenitũ & ſapientiã: ſed & verbũ dei:ſed ex anima & corpore eum ſolũ eſſe exiſtimans. huiuſmodi ſerpens eſt ſeductor: errorem prædicans ad perditionẽ hominũ. huiuſmodi pauper eſt ſenſu ſicuti vocatur & adinuentor ipſius erroris Ebion. Si quis em̃ hæc confitetur: corruptionẽ autẽ & coinquinationẽ vocat legitimam cõmixtionẽ & filiorũ procreationẽ aut aliquã eſcam execrabilem putat huiuſmodi habet cohabitatorẽ Draconem apoſtatam. Si quis em̃ patrẽ & filiũ & ſpiritũ ſanctũ confitetur & creaturã laudat:ſimulationẽ vero dicit incarnationem & paſſionẽ erubeſcit confiteri huiuſmodi fidẽ abnegat nihilo minus q̃ interfectores Chriſti Iudęi. Si qs aũt hæc confeſſus fuerit: & quia deus verbũ in humano corpore habitauit ſicut & anima in corpore propter qđ inhabitare dicimus deũ in corpore ſed non in humana anima: dicit autẽ quaſdã iniquas mixtiones aliquid boni eſſe: & finem beatitudinis voluptatem ponit (qualis ille falſo nomine Nicolaita) hic neq́ꝫ dei amicus neq́ꝫ Chriſti amator eſſe poteſt: ſed corruptor proprię carnis. & propterea a ſpiritu ſancto deſertus eſt & a Chriſto alienus. huiuſmodi omnes ſtatuæ exanimes ſunt: & ſepulchra mortuorum in quibus ſcripta ſunt tantum nomina defunctorum. Fugite ergo malas artes inſidias ſpiritus qui operatur in filiis ſeculi huius nequando tribulati infirmemini in dilectione. ſed omnes idipſum:eſtote inſeparabiles corde: & in vnanimitate vnum ſemper ſentientes in id

Ebion pauper interpretatur.

ipſum:de hoc ipſo glorificantes in requie: & in periculis, & in triſtitiis,& in gaudiis. ¶Gratias ago deo per Ieſum Chriſtum:quia bene mihi conſcius ſum in vobis:& non habet qs vnde gloriari: neq̧ clam neq̧ palam & publice ꝙ grauauerim aliquem aut in modico aut in magno.Et omnes quibus locutus ſum precor vt non in teſtimoniū̃ illud poſſideant. Si enim ſecundum carnem me voluerunt quidam oberrare ſed ſpiritus meus non oberrat. a deo etenim eum accepi:noui enim vnde venerit & quo eat & occulta arguet. Clamaui enim voce magna inter eos quibus loquebar: non meum ſermonem ſed dei proferens:epiſcopo intendente: & preſbyteris & diaconis.hi vero deſpexerunt me tanq̄ prohibentem diuiſionem quorū̃dam fieri: hoc autem dicenti teſtis ille eſt propter quem ego vinctus ſum.quia de humano ore hęc nō cognoui:ſed ſpiritus mihi præconizauit dicens:hæc pręter epiſcopum ne feceritis; vnitatem diligite: diuiſionē fugite. Imitatores eſtote Pauli & cæterorum apoſtolorum:quo modo & ipſi Chriſti. Ego quidem qđ meū fuit, feci vt homo in vnitate perfectus.adiiciens etiā hoc quia vbi diſſenſio mentis & iracundia & odium: illic deus non habitat. Omnibus igitur pœnitentibus dimittit deus ſi ad vnitatē Chriſti cō currūt:& ad cōſenſum epiſcopi.Credo gratiæ Ieſu Chriſti: quia ſoluit a nobis omne vinculum iniuſtitię.Rogo aūt vos vt nihil ſecundū iracūdiā agatis:ſed ſecūdū Chriſti militiā. Audiui em̄ quoſdā dicentes:ſi nō inuenero euangeliū in antiquis non credā.Talibus autē ego dico:quia mihi antiquitas Ieſus Chriſtus eſt.cui nō obedire manifeſtus: & irremiſſibilis interitus eſt.Principatus em̄ eius eſt crux & mors ipſi⁹ & reſurrectio & fides in omnibus iis:ī quib⁹ volo vos & nos in orationibus veſtris iuſtificari.Qui non credit euangelio: omnibus ſimul non credit; qui non præiudicat antiquitati ſpiritus:durum eſt enim contra ſtimulū calcitrare: durum etiam Chriſto non credere:durum quoq̧ apoſtolorū prędi-

cationem ſpernere. Boni eñ ſunt ſacerdotes & ſermonis mi
niſtri: melior aũt eſt pontifex cui credita ſunt ſancta ſancto-
rũ: cui ſoli cõmiſſa ſunt ſecreta dei. Bona ſunt etiam officia
virtutis dei: bonus quoq; ſpiritus ſanctus q eſt ſuper omnia
ſancta ſanctiſſimus: & verbi miniſter: ſed ſuper oẽs ſanctos.
Sanctiſſimus eſt ſummus pontifex & princeps pontificum:
qui eſt legatus & miniſter patris & princeps legionum mi-
litiæ cœleſtis per quem pater omnia fecit: atq; omnem pro-
uidentiam gerit. Ipſe enim eſt via quę ducit ad patrem: ipſe
eſt petra, macheria, clauis, paſtor, ſacerdotium, ianua ſcien
tiæ & agnitionis per quam introiuit Abraham, & Yſaac, &
Iacob. Moyſes quoq; atq; omnis chorus prophetarum & co
lumnę mundi apoſtoli & ſponſa domini eccleſia pro qua ſan
guinẽ ſuũ fudit vt eam redimeret. omnia igitur hæc in vni
tate vnius & vnigeniti veri dei. Quid autẽ pręcipuũ habet
euangeliũ? præſentiã aduẽtus ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti
paſſionẽ ſed & ipſam reſurrectionẽ. Quæ eñ prophetæ an-
nũciauerũt dicentes. donec veniat cui repoſitum eſt & ipſe
erit expectatio gentium: Hæc in euangelio completa ſunt:
dicente domino: Pergite & docete omnes gentes: baptizan-
tes eos in nomine patris & filii et ſpiritusſancti. Omnia ergo
bona ſunt ſimul: lex, prophetæ, et apoſtoli: omnis congrega-
tio quæ per ipſos credidit. Solum autem reſtat vt nos inui-
cem diligamus quoniam ſecundũ orationẽ veſtrã et viſcera
quę habetis in domino Ieſu annũciatũ eſt mihi pacificare ec
cleſiam quæ eſt in Antiochia Syrię: decet eñ vos tãq̃ eccle-
ſiã dei ordinare epiſcopũ ad mittendũ illuc viſitationẽ dei:
concedere eis in id ipſum cõſtitutis glorificare nomen dei.
Beatus eſt in Chriſto Ieſu: qui dignus effectus fuerit tali mi
niſterio. Et vos quidem feſtinãtes glorificamini in Chriſto.
Volũt autẽ vobis qd nõ eſt omnibus impoſſibile ꝑ nomine
dei quomodo et ſemper vicinæ eccleſiæ conſueuerũt mitte
re vobis epiſcopos, ꝓ̃ſbyteros, et diaconos. de Philone vero

diacono viro religioſo a cilicia qui nunc mihi miniſtrat in verbo domini: vna cum Gaio et Agathopo viro multũ electo qui a Syria me ſequitur: teſtificor vobis quia renũciauerunt ſeculo et martyriũ cõſummare elegerunt. Et ego gratias ago pro vobis rogans vt ſuſcipiatis eos in domino vt et vos ſuſcipiat Ieſus Chriſtus. Qui eũ eos diffamauerũt redempti ſunt in gratia Ieſu Chriſti: qui nõ vult mortem peccatorum: ſed pœnitentiam. Salutat vos dilectio fratrũ qui ſunt in Troia: vnde et ſcribo vobis p Burgũ qui miſſus eſt ſimul Epheſiis et Smyrneis ad verbum honoris: quos Ieſus Chriſtus redimat: in quem ſperant carne et anima ſpiritu et fide: dilectione et concordia. Incolumes eſtote in dño Ieſu Chriſto cum omni ſpe noſtra in ſpiritu ſancto. Amen.

Ad Smyrnenſes ex Troia Epiſtola. VII.

Smyrna (vt ſcribit Hieronym⁹) ciuitas eſt licię prouincię in Aſia, eãq́ iuxta Epheſum iter Tracheã & Lepramactã põit Strabo. vnde Smyrnęi: Troia inter propontidos fluenta & montẽ idã ſita memoratur monti vicinius adiacens: Aſiaticarum vrbium vatum poetarumq́ monumentis famatiſſima.

Ignatius, qui et Theophorus, eccleſiæ patris altiſſimi filii eius Ieſu Chriſti miſericordiam conſecutæ et gratia repletæ in fide et dilectione fundatæ: et totius gratiæ deo decẽtiſſime ſanctiſſimeq́ ſanctificatæ (quę eſt in Smyrna) immaculatæ ſpiritu et verbo dei: plurimã ſalutem.

Glorifico deũ et patrem domini noſtri Ieſu Chriſti qui per ſeipſum vos tantum illuminauit. Agnoui enim vos perfectos eſſe in fide immobili tanq̃ clauis affixos cruci domini Ieſu Chriſti carne et ſpiritu confirmatos in charitate in ſanguine Chriſti: et vere ad plenũ inſtructos in dño Ieſu Chriſto filio dei primogenito totius creaturę: deo verbo vnigenito filio: q eſt ex genere Dauid ſcd̃m

Articuli fidei.

carnem ex maria virgine.baptiſatus a Iohanne vt adimple
retur omnis iuſtitia:qui cõuerſatus ſancte ſine peccato ſub
pontio pilato & Herode tetrarcha vere clauis confixus eſt
pro nobis in carne.a quo & nos redempti ſumus per diuinã
& beatam eius paſſionem:vt tollat ſecum ſibi coniunctos in
ſecula per reſurrectionem ad ſanctos & fideles ſuos: ſiue ex
Iudęis:ſiue ex gentibus in vnum corpus eccleſiæ ſuæ. Hæc
eñ omnia paſſus eſt pro nobis & vere paſſus eſt nõ putati-
ue ſed vere ſicuti & reſurrexit. Sed nõ vt quidam infideliũ
erubeſcẽtes plaſmationem hominis:& crucem & ipam mor
tem dicunt:quaſi putatiue & nõ vere ſuſcepit corpus ex vir
gine & putatiue paſſus eſt:immemores illius qui dixit:ver-
bum caro factum eſt:& habitauit in nobis.Et iterum. Solui
te tẽplum hoc:& ego in triduo reſuſcitabo illud.Et in alio
loco:cum exaltatus fuero a terra omnia traham ad meipm.
Ergo verbum habitauit in carne.ſapientia enim ędificauit
ſibi domum.Verbum ergo:templum ſui ipſius ab aduerſa
riis diſſolutum reſuſcitauit tertia die: verbum vtiq; exalta
ta carne ſua veluti illo ęneo ſerpente in eremo:attraxit ad ſe
omnes ad ſalutem ęternam.Ego autem nõ ſolũ natum eum
& crucifixum in corpore factum ſcio:ſed etiam poſt reſurre
ctionem in carne eum noui:& credo eſſe. Nam cum ad eos
qui cum petro erant veniſſet.ait illis palpate me & videte:
quia non ſum dęmoniũ incorporeum.Spiritus carnẽ & oſ-
ſa non habet:ſicut me videtis habere.& Thomę dixit.Iniice
digitum tuum in fixuram clauorum & affer manum tuam
& mitte in latus meum: & noli eſſe incredulus:ſed fidelis.
Et ſtatim crediderunt:quia ipſe erat Chriſtus.propter qđ
& Thomas ait illi.deus meus & dominus meus.Propterea
ergo mortem cõtempſerunt:parum ducentes eſſe iniurias
& plagas & alia nonnulla propter ipſum ſuſtinere. Nam &
poſtq̃ oſtendit ſi eis quia vere & nõ putatiue reſurrexit:mã
ducauit cũ eis & bibit.Et ſic videtibus eis aſſumptus eſt cũ

Vere reſurrexit Chriſtus.

Cõtra hereticos male de Chriſto ſentiẽtes.

carne: ad eum qui miſerat illum: in qua & iterum venturus eſt cum gloria & virtute: ſecũdum qđ dictum eſt ab angelis ad apoſtolos: hic Ieſus qui aſſumptus eſt a vobis in cœlũ ſic veniet quẽadmodũ vidiſtis eũ aſcendentem in cœlũ. Si ergo ſine corpore dicunt eum venturũ eſſe in cõſummationem ſeculi: quomodo viſuri ſunt eum illi qui cõpunxerũt in eũ & cognoſcẽtes plangent inter ſe? Nam incorporalium: neq; ſpecies: neq; figura: ſed neq; effigies quidem aliqua animalis formę haberi poterit in quã figurę clauorũ vel lanceę foramen appareat propter ſimplicitatem naturę. Hęc autẽ moneo vos chariſſimi: ſciens quia & vos ſic habetis: pręcuſtodio autem vos a beſtiis hoĩm figuras habẽtibus: quas nõ ſolum deuitare ſed etiã fugere oportet vos. Tantum orate pro illis: vt forte pœniteãt. Si enim putatiue in corpore fuit dominus: & putatiue crucifixus eſt: ergo & ei putatiue ego vinctus ſum. Quare autem & meipſum tradidi ad mortẽ: ad ignem: ad gladium: ad beſtias? ſed non putatiue: ſed vere omnia ſuſtineo propter Chriſtum: ad cõpatiendũ ei: ipſo me confortante, quia non eſt mihi tanta virtus. Quẽ profecto quidam ignorãtes negauerunt: & cõſentiũt magis mendacio q̃ veritati: quibus nec perſuaſerũt prophetæ neq; lex Moyſi: ſed nec nunc vſq; euãgeliũ: nec noſtrę ſpeciales paſſiones. Nam & de nobis hoc ipſum ſentiunt. Quid enim me iuuat ſi me quis laudauerit: dominũ autẽ meũ blaſphemauerit: ſi nõ eũ cõfeſſus fuerit incarnatũ eſſe deũ: hoc aũt qui non dixerit: perfecte eum negat: ſicut mortuũ baiulans. Nomina vero eorum infidelia non mihi eſt nũc viſum ſcribere ſed neq; contingat mihi vt mentionem eorum faciã donec pœniteant. Nemo ſeipſum ſeducat. Si enim non crediderit Chriſtum Ieſum in carne fuiſſe conuerſatum: & confeſſus fuerit crucem eius: & paſſionem & ſanguinem: quem effudit pro mundi ſalute vitam æternam non conſequetur: ſiue rex: ſiue ſacerdos: ſeu principes ſeu priuatus: ſeu domin⁹

ſiue ſeruus:ſeu vir:ſiue mulier:q capit capiat: & qui audit audiat. Locus ergo & dignitas atq; diuitię neminem inflent: ignobilitas & paupertas nullum humiliet. Sed cum his omnibus:fides eius ſit in deum & in Chriſtum & ſpes fruitionis futurorum bonorum cum dilectione quæ eſt circa deũ & circa proximum tuum ſicut teipſum. Sed et dominus dicit hæc eſt vita æterna vt cognoſcant te ſolum verum deũ: & quem miſiſti Ieſum Chriſtum & illud Ioãnis. Mandatum nouum do vobis vt diligatis inuicẽ:in his enim duobus mãdatis tota lex pendet & prophetę. Dicite ergo eis qui taliter docent:quomodo legem ponunt:incognitũ eſſe patrẽ Chriſti prędicãtes. Quomodo etiam: Cum infidelem inimicitiã inuicem habẽt dilectionẽ aũt futurorũ negligũt: pręſentia diſſimulant:quę ventura ſunt, tanq̃ pſentia eſſe putant: & tanq̃ ſomnia & phantaſiam exiſtimant:mãdata contẽnunt: viduam & orphanum deſpiciunt: vinctum derident:reſurrectionem negant. Huiuſmodi omnes nepotes ſunt illius inueterati malorum ſpiritus qui & Adam per mulierem mandatum tranſgredi perſuaſit:qui & Abel per Cayn occidit:qui & Iob decipere conat⁹ eſt:qui & Ieſu filio Ioſedech reſiſtere tentauit:qui & apoſtolorum fidem ſubuertere voluit: & iudęorum multitudinem aduerſus dominum ſuſcitauit:qui & nũc operatur in filiis diffidẽtię a quibus eruat nos dominus Ieſus Chriſtus:qui patrem deprecatus eſt: vt non deficeret fides apoſtolorum:non q; non ſufficeret cuſtodire eam:ſed gaudens de patris eminentia: ipſum deprecatus eſt pro eis. dignum eſt ergo a talibus abſtinere: & neq; ꝓprium cũ his:neq; cõmune colloquiũ habere. Sed intẽdere legi et prophetis:et euangeliſantibus vobis ſalutare verbũ. Nefandas vero hæreſes et ſciſmata facientes fugite: ſicut principatũ malorũ. Omnes epiſcopũ ſeqmini ſicut Chriſtus Ieſus patrẽ:preſbyteros ſicut aplos: diaconos autem veneramini ſicut dei mãdato miniſtrantes. Nemo pręter epiſcopũ nota

aliquid agat eorum quæ ad eccleſiã pertinent: firma eucha- riſtia reputetur quæ ab epiſcopo conceſſa fuerit. vbi epiſco- pus præſens fuerit illuc & plebs congregetur. ſicuti & vbi Chriſtus eſt omnis cœleſtis militia adeſt tanq̃ principi mili tiæ virtutis domini: & ipſe eſt diſpenſator totius intelligibi lis naturæ. Propterea nõ licet ſine epiſcopo: neq; offerre ne q; ſacrificium immolare: neq; miſſas celebrare. Sed ſi ei vi- ſum fuerit: ſecundum beneplacitum dei: tunc demũ tutum & firmũ erit. Ergo omnia quæcunq; agitis & facitis iam mu tabilia ſunt vt corrigamus nos in deo cum tempus habe- mus pœnitendi. Qđ enim incertũ eſt: non habet confeſſio- nem. Ecce enim homo inquit: & opera eius cũ eo. Sicut ſcri- ptum eſt: honora (inquit) fili deum & regem. Ego autem dico: honorate quidem deum vt auctorem omniũ & domi- num: epiſcopum autem tanq̃ principem ſacerdotum: ima- ginem dei ferẽtem, principatum quidem ſecundum deum, ſacerdotium vero ſecundum Chriſtum: & poſt hunc hono- rare oportet etiam regem. Nemo enim potior eſt deo: neq; ſimilis ei. neq; epiſcopo honorabilior in eccleſia ſacerdotium deo gerẽti pro mũdi ſalute: neq; regi quis ſimilis eſt in exer citu: pacem & beniuolentiam omnibus principibus cogi- tanti. Qui enim honorat epiſcopum honorabitur a deo: & qui inhonorauerit eum a deo inhonorabitur. Si enim quis contra regem inſurgens damnatione dignus eſt: quomodo vltionem euadere poterit qui præter epiſcopum aliquid egerit? Sacerdotium eñ ſumma eſt omniũ honorum: qui in hominibus conſiſtũt: qđ ſi quis inhonorauerit: deũ inho- norat & dominũ Ieſum Chriſtũ primogenitũ totius creatu ræ: & ſolũ natura principem ſacerdotem dei. Omnia bene vo bis ordinate quę mãdata ſunt in Chriſto. Laici diaconis ſub diti ſint: diaconi preſbyteris: preſbyteri epiſcopo: epiſcopus Chriſto: ſicut ipſe patri. Secũdũ qđ vos me refeciſtis fratres & vos dñs Ieſus Chriſtus. abſentẽ me & præſentẽ dilexiſtis

retribuat vobis deus propter quã tanta in vincto eius oſten diſtis:& ſi quidem non ſum ſufficiens:ſed tamen deuotio ve ſtra grandis eſt. Si quis enim honorauerit prophetam in no mine prophetæ:mercedem prophetæ accipiet. Manifeſte & qui honorat vinctũ Chriſti Ieſu:mercedẽ martyrũ accipiet. Philoni & Gaio & Agathopo:qui me ſequũtur in verbo dei qui ſunt miniſtri Chriſti bene feciſtis ſuſcipiendo eos ſicut miniſtros dei:qui & maximas gratias agũt domino pro vo bis quoniam refeciſtis eos omnibus modis. Nihil vobis re putabitur ad peccatum de iis quę eis impẽdiſtis. Det vobis dñs inuenire miſericordiam apud deũ in illa die pro anima bus veſtris:ſpiritus meus & vincula mea ſint:quæ nõ ſprę uiſtis & non erubuiſtis. Hæc eſt perfecta ſpes in Chriſto Ie ſu. Orationes veſtrę appropinquauerũt ad Antiochenã ec cleſiã cui & pacifici eſtis. Vnde & vinctus oẽs ſaluto.& nõ ſum dignus eſſe vltimus eorũ. Sed ſcd̃m dei voluntatem di gnus effectus ſum:nõ ex mea prouidẽtia:ſed ex gratia dei. Quã opto perfectã mihi tribui:vt per veſtras orationes deũ merear adipiſci vt opus veſtrũ perfectũ ſit in cœlo & in ter ra. Decet ergo vos in honorem dei gerere curam deo dignę eccleſiæ dei quę eſt in Syria:& gratulari eis:qa pacifici ſunt: & perceperunt ſuam magnificentiam:& reſtituta eſt in cor pore eorum. Sed mihi viſum eſt mittere illuc cum epiſtola vt glorificent tranquillitatem quæ eis ſecundo contigit,& quietem. Ego vero merui portum tutiſſimum orationibus veſtris. Cum ſitis pfecti.perfecta cogitate,ſentite,ſapite,vo lentibus enim vobis bene agere:etiã deus paratus eſt vobis pręſtare. Salutat vos dilectio fratrum veſtrorum quæ eſt in Troia vnde & ſcribo vobis per Burgum:quem miſiſtis me cum vna cũ epheſiis fratribus veſtris:qui me refecit in oĩ bus:& debuerant quidẽ omnes imitari:quia exemplum eſt miniſterii dei.retribuet ei dñs gratiã in oĩb⁹. Saluto deo di gnũ epm̃ veſtrũ Polycarpũ:& deo decentiſſimũ p̃ſbyterũ &

Chriſtiphorus diaconus me⁹:& conſeruus: & ſpecialiter & generaliter oẽs in noĩe dñi Ieſu Chriſti & in ſanguine ipſi⁹ & in paſſione & in reſurrectiõe carnali & ſpirituali in vnitate dei & veſtra. Gratia vobis & miſericordia. pax & patientia in oĩbus in Chriſto. Saluto domos fratrũ meorũ cũ vxoribus & filiis: ſed & virgines & viduas. Incolumes eſtote in virtute dei patris. Salutat vos Philon condiaconus qui eſt mecũ. Saluto domũ graniẹ: quã opto firmari in fide & deuotione carnali & ſpũali. Saluto Alcẽ deſiderabile nomẽ mihi & Daphniũ ſpiritalẽ & bonũ filiũ. Et omnes noĩatim incolumes eſtote in gratia dei dñi noſtri Ieſu Chriſti repleti ſpiritu ſancto & ſapientia ſancta atq; diuina. Amen.

¶ Ad Polycarpũ epiſcopum Smyrnenſiũ de illuminatis Epiſtola. VIII.

Ignatius epiſcop⁹ Antiochiẹ qui & teſtis Ieſu Chriſti: Polycarpo epiſcopo Smyrnenſium.

SVſcipiens aũt tuam ſentẽtiã tanq̃ ſuper immobilẽ petrã fundatã: qm̃ deſidero promereri faciem tuã immaculatã: quã acqſiui in dño. Rogo te in gratia dei qua inductus es, adiicere ad curſum tuũ & rogare oẽs vt ſaluẽtur ĩ Chriſto. Defende locũ tuũ in oĩ diligẽtia. Vnitatis curã habeto qua nihil melius eſt. Oẽs baiula: quõ & te Chriſtus. Oẽs ſuffer in dilectiõe. oratiõibus indeſinẽter vaca. ampliorẽ prudentiã q̃ habes poſtula. Vigila inobdormibilẽ ſpiritũ poſſidẽs. ſcd̃m adiutoriũ dei loq̃re. oĩm infirmitates porta: vt perfect⁹ athleta quõ & dñs oĩm. Ipſe eñ inq̃t infirmitates noſtras portauit & languores noſtros abſtulit. Vbi eñ magn⁹ fuerit labor ibi etiã mai⁹ lucrũ eſt. Si bonos diſcipulos amaueris: nõ eſt tibi gr̃a: magis aũt peſtiferos ſub iuga in mãſuetudinẽ. Nõ omne eñ vulnus vno emplaſtro curat: acredines atq; vehemẽtias: embrocha cõpeſce. Aſtutus eſto vt ſerpẽs: & ſimplex vt colũba. ꝑpterea eñ ex aĩa &

corpore carnaliter et ſpiritaliter extas:vt oīa quæ tibi oſtē=ſa fuerūt in facie corrigas. Quę aūt tibi inuiſibilia fuerint pete vt tibi manifeſtētur:vt tibi nihil reſtet :ſed totius gra=tiæ abundās ſis. Tēpus depoſcit te tanq̄ gubernatorē pro=ſperum petere:et ſicut naui periclitanti portum aptum ad ſalutē requirere.Sic et te dei athletam pręſta:vt veſtē incor ruptionis et vitā æternā ꝑcipias:pro qua et tu cōfidis in oī bus pro aīa tua ego efficiar:et vincula mea q̄ dilexiſti. Qui ſe arbitrantur:fide dignos eſſe et aliter docēt:nō te circūue niant:ſed ſta firmus ſicut incus quę percutitur.Magni em̄ athletę eſt vapulare et vincere:maxime aūt ꝑ deo oīa opor=tet nos ſuſtinere:vt ipſe ſuſtineat nos ī regno.Plurimū ad=de ad feſtinationē.cōtinuāter curre: tpa cognoſce vt ī ipſis ſemꝑ vincas.Hic eſt em̄ ſtadiū:illic corōa expectat Chriſtū filiū dei:intēporalē in tēpore: inuiſibilem natura, viſibilem in carne: impalpabilē et intactum: vt corporeū vero ꝓpter nos et contrectabilem:impaſſibilē vt deum,paſſibilem vero propter nos vt hominem.Amen.

¶ Ad antiochēſes ex Philippis Epiſtola.IX.

¶ Antiochia ciuitas eſt Syriæ: prima Petri ap̄li ſedes:prima in qua Chriſtiani(q baptiſma ſuſcepiſſent)a Chriſto nūcupari cœperūt:in qua Paul⁹ & Barnabas ordinati ſunt:quę & poſtea diui Ignatij mo=derationibus credita eſt:a qua Antiochēſes.

¶ Ignatius,qui et Theophorus,eccleſiæ Antiochenſi miſe=ricordiam a Chriſto conſecutæ : habitanti in Syria (quæ prima Chriſti cognomē accepit)quę eſt in Antiochia ī deo patre et domino Ieſu Chriſto ſalutem.

LEuia mihi et īoneroſa fecit dn̄s vīcula:cū didiciſſē pacificos vos eē:et in omni cōcordia carnali et ſpi=rituali vos trāſigere. Rogo igit̄ vos vinct⁹ in dn̄o

digne ambulare in ea vocatione qua vocati eſtis cuſtodientes vos ab introeũtibus hæreſibus malignis ad ſeductionẽ & perditionem conſentientiũ eis. intendere autem apoſtolorum doctrinæ: & legi atq; prophetis credere: omniũq; Iudęorũ aut Paganorũ errorẽ abiicere: & neq; deorũ multitudinẽ admittere neq; Christum ad excuſationẽ: vnius dei negare: Moyſe fideli famulo dei ad populum dicente: dominus deus tuus deus vnus eſt: & vnũ atq; ſolũ prædicans deũ: cõfeſſus eſt ſtatim etiã dominũ noſtrũ dicens. Pluit dominus ſuper Sodomam & Gomorram ignẽ & ſulphur a domino de cœlo Et iterũ, & dixit deus: Faciamus hominẽ ad imaginẽ & ſimilitudinẽ noſtrã. Et rurſum. Et fecit deus hominẽ ad imaginem dei fecit illũ. & paulo poſt. Ad imaginẽ dei fecit hominem. Et quia naſciturus erat homo: ſic ait: prophetã ſuſcitabit vobis domin⁹ deus veſter ſicut me. Nã & prophetę ex perſona dei dixerunt: ego deus primus & ego poſt hæc: & ꝑter me nõ eſt de⁹. Hoc aũt de patre omniũ dixerũt. De domino noſtro Ieſu Chriſto rurſum prophetę proclamauerũt dicẽtes. Ecce puer natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis: cuius impiũ eſt deſuper: & vocabitur (inquiũt) nomẽ eius magni conſilii angelus: ammirabilis conſiliarius: deus fortis: poteſtatẽ habens, princeps pacis. nam & de incarnatione eius ex virgine dicũt. Ecce virgo concipiet in vtero & pariet filiũ: & vocabitur nomẽ eius Emanuel. Et de paſſione eius nihilominus adiecerũt dicentes. Sicut ouis ad occiſionem ductus eſt: & ſicut agnus corã tondente ſine voce. Et iterũ ipſe de ſe ipſo referens dicit: Ego autem ſicut agnus innocens ductus ſum ad immolandũ. Nã euangeliſtę vnũ ſolũ teſtãtes verũ deũ eſſe patrẽ: etiã ea quæ ad dominũ noſtrũ Ieſum Chriſtũ pertinent nõ ꝑtermiſerunt: ſed potius exacte ſcripſerunt dicentes. In principio erat verbum: & verbum erat apud deũ: & deus erat verbũ. hoc erat in principio apud deũ. & omnia per ipſum facta ſunt & ſine ipſo factũ eſt nihil. Sed & de in-

carnatione eius ſubiunxerunt dicentes: Et verbum caro fa-
ctum eſt: & habitauit in nobis. Et iterũ: Liber (inquiũt) ge-
neratiõis Ieſu Chriſti filii Dauid, filii Abrahę. Apoſtoli quo
ꝙ Chriſti aſſerentes quia deus vnus eſt: adiecerunt dicẽtes:
vnus deus: vnus & mediator dei & hominũ. Et de incarna-
tione eius ac paſſione eius nõ erubuerũt: ſed potius fiducia
liter ſubiunxerũt dicentes. Homo Chriſtus Ieſus: qui dedit
ſemetipſum pro ſeculi vita. Omnis ergo qui vnũ deũ annũ-
ciat: Intercipit autem Chriſti diuinitatẽ filius eſt diaboli &
inimicus omnis iuſtitiæ. Qui autẽ nõ confitetur Chriſtum
filiũ eius eſſe qui fecit mũdũ: ſed alterius cuiuſdã incogniti
præter eũ quẽ prædicat lex & prophetæ: hic organũ eſt ip-
ſius diaboli. Quicũꝙ autẽ incarnationem Chriſti recuſat &
crucem eius erubeſcit propter quã ego vinctus ſum: hic eſt
Antichriſtus. Quicũꝙ vero purũ hominẽ dicit eſſe Chriſtũ
maledictus eſt ſecundũ dictũ prophetæ: non in deum fidens
ſed in hominẽ tantũ. Propterea & infructuoſus eſt quemad
modum Tamariſcus quæ eſt in deſerto. Hęc ſcribo vobis cũ
ſim Chriſti nouella oliuæ: nõ ignorans vos taliter ſapere ſed
præcuſtodio vos ſicut pater filios ſuos. Videte ergo mali-
gnos operarios: inimicos crucis Chriſti: quorũ finis ĩteritus
quorũ deus venter eſt: quorũ gloria in cõfuſione eorũ: vide
te canes rabidos: ſerpentes ſuper pectus repentes: dracones
ſquamoſos, & aſpides baſiliſcos: ſcorpiões. Hi eñ ſunt thoes,
vulpes, & ſimiæ: humana imitãtes. Pauli & Petri ſancti eſtis
diſcipuli, nolite perdere depoſitum qđ vobis cõmãdauerũt.
Mementote digne beatiſſimi Enodii paſtoris veſtri: qui pri-
mus vobis ab apoſtolis antiſtes ordinatus eſt: nõ confunda-
mus patrem: ſed efficiamur certi filii: & non adulterini. Sci-
tis qualiter conuerſatus ſum inter vos. Quæ ergo præſens
dicebam vobis: hæc nũc & abſens ſcribo vobis. Si quis nõ di
ligit dominũ Ieſum: ſit anathema. Imitatores mei eſtote: pro
animabus veſtris ego efficiar quãdo Chriſtũ meruero adi-

piſci.mementote vinculorũ meorũ. preſbyteri paſcite gre-
gem qui vobis cõmiſſus eſt:donec oſtẽdat deus eũ qui futu
rus eſt ĩ vobis rector. Ego aũt nũc feſtino vt Chriſtũ lucrifa
ciã.diaconi agnoſcant cuius ſint dignitatis: & ſtudeant eſſe
inculpabiles vt ſint Chriſti imitatores: populus ſubditus
ſit preſbyteris & diaconis.virgines agnoſcant cui ſe cõſecra
uerunt:viri diligant vxores:memores quia vna vni in prin
cipio creaturę datę ſunt in poſſeſſionem.mulieres honorifi-
cent viros ſuos ſicut carnem ſuam: & non audeant proprio
nomine eos vocare.Sciant autẽ ſolos viros ſuos cõpares eſſe
quibus & coniũctę ſunt ſecundũ ordinationẽ dei. Parentes
erudite filios eruditione ſancta:filii honorate parentes vt be
ne ſit vobis & ſitis longæui ſuper terram. domini nolite ſu-
perbe ſeruis vti:imitantes patientiſſimũ Iob,dicentẽ:ſi pra-
ue iudicaui ſeruũ aut ancillam meã:iudicer ego ab eis.quid
enĩ faciam ſi interrogationẽ fecerit dominus de me? & cæte
ra quæ ſequũtur bene noſtis.Serui nolite ad iracundiã in ali
quo prouocare dominos: ne forte aliqui malefaciant vobis:
& vos ipſi eritis rei. Nemo ocioſus manducet: ne vagus &
fornicarius efficiatur. Ebrietas,iracundia, inuidia, malilo-
quiũ,clamor,blaſphemia:non nominentur in vobis. viduæ
non in delitiis agant:ne per luxuriam abiiciãt verbũ. Cęſari
ſubditi eſtote in iis in quibus ſine periculo eſt ipſa ſubiectio.
Principes nolite exaſperare:ne detis occaſiões aduerſum vos
quęrentibus eas.De maleficiis autẽ & veneficiis vel homici
dio ex abundanti eſt ſcribere vobiſcum: quando hæc etiam
in gentibus abominabile ſit agere. Hæc autẽ non ſicut apo
ſtolus præcipio: ſed ſicut veſter conſeruus cõmemorans vo
bis.Saluto ſanctũ preſbyterum veſtrũ. Saluto ſanctos diaco
nos:& deſiderabile mihi nomen eiꝰ quẽ reſeruaui poſt me in
ſpiritu ſancto cũ Chriſtum meruero adipiſci: pro cuius ani
ma ego efficiar.Saluto ſubdiaconos,lectores,cantores,oſtia
rios, laborantes,exorciſtas atqꝫ confeſſores.Saluto cuſtodes

ſanctarum portarũ diaconiſſas quæ ſunt in Chriſto. Saluto ſuſceptrices Chriſti virgines quas ego nutriui in domino Ieſu. Saluto pudiciſſimas virgines. Saluto plebem domini a minimo vſq; ad maximũ & omnes ſorores meas in domino. Saluto Caſſianũ hoſpitem meũ & coniugẽ eius & amabiles natos eius. Salutat vos Polycarpus digne decentiſſimus epiſcopus: qui & curã veſtri gerit: cui & cõmẽdaui vos in domino. & omnis eccleſia Smyrnenſiũ, memor eſt veſtri in oratione apud deũ. Salutat vos Honeſymus Epheſiorũ paſtor. Salutat vos Damas Magneſiæ epiſcopus. Salutat vos Polybius Trallianorũ antiſtes. Salutãt vos Philon & Agathopus diaconi: qui me ſequũtur. Salutate inuicẽ in oſculo ſancto. Hæc autem a Philippis ſcribo vobis. Incolumes vos ille qui eſt ſolus ingenitus per illum (qui ante ſecula natus eſt) ſpiritu & carne cuſtodiat: & videã vos in Chriſti regno. Saluto eum qui pro me futurus eſt princeps veſter: quẽ & acquiſiui in Chriſto. Incolumes eſtote deo & Chriſto illuminati ſpiritu ſancto. Amen.

¶ Ad Heronem eccleſiæ Antiochenæ diaconum quem ei dominus oſtendit ſeſſurũ in ſede ipſius ex Philippis Epiſtola. X.

¶ Ignatius qui & Theophorus: deo honorabili, deſiderabili pudico, chriſtifero, ſpiritifero ĩ fide & dilectione Heroni diacono Chriſti miniſtro dei: Gratia & miſericordia & pax ab oĩpotente deo & Chriſto Ieſu dño noſtro vnigenito filio eiꝰ. qui dedit ſemetipſ̃m ꝓ peccatis nr̃is vt redimeret nos de hoc ꝑſenti ſeculo in ligno & ſaluos faceret in regnũ ſuũ cœleſte.

Rogo te in domino adiicere ad curſum tuũ: defendere dignitatem tuã: concordię quæ eſt ad ſanctos curã gerere. Infirmiores ſuffer: vt adimpleas legẽ Chriſti. ieiuniis et orationibus vaca: ſed nõ vltra menſuram ne te ipſum deiicias, vino et carnibus non ex toto abſtineas: non enim ex toto ſunt abominabiles. Bona (inquit) terræ

comedetis:et carnes & holera mãducabitis. Sed & vinũ lętificat cor hominis: & oleũ exhilarat: & panis cõfirmat: ſed et meſurate & ordinate: tanq̃ deo concedẽte. Quis enim manducat aut quis bibit pręter eum? Quoniam quicquid bonũ eſt eius eſt & quicquid optimũ: eſt ipſius. Lectioni intẽde vt non ſolus ipſe ſcias leges: ſed etiam aliis eas expone: vt dei athleta. Nemo militans Chriſto implicat ſe negociis ſecularibus: vt placeat ei cui ſe probauit. Sed nec vi athleta coronabitur: niſi legitime certauerit. pro anima tua ego vinctus ſum. Omnis igitur qui dixerit pręter illa quæ tradita ſunt: tametſi fide dignus ſit: tametſi ieiunet: tametſi virginitatem ſeruet: tametſi ſigna faciat: tametſi prophetet: lupus tibi appareat in grege ouium corruptionem operans. Si quis crucem negauerit & paſſionem erubuerit: ſit tibi tanq̃ aduerſarius: tametſi ſubſtantiam ſuam pauperibus diſtribuat: tametſi montes transferat: tametſi corpus ſuum cõbuſtioni tradat: ſit tibi execrabilis & abominabilis. Si quis infalſauerit legem & prophetas quos Chriſtus pręſens adimpleuit ſit tibi tanq̃ antichriſtus. Si quis hominem tantũ dixerit dominum: iudęus eſt Chriſti interfector. Viduas honora: q̃ vere viduę ſunt. Pupillos tuere: de⁹ eſt eñ pater pupillorum: & iudex viduarum. Sine epiſcopis nihil agas: ſacerdotes enim ſunt: tu vero miniſter ſacerdotum. illi enim baptiſant: ſacerdotium agunt: ordinant: manus imponunt: tu vero eis miniſtras ſicut ſanctus Stephanus Iacobo & cæteris preſbyteris in hieroſolymis. Congregationem noli negligere: noĩatim oẽs reqre. Nemo adoleſcẽtiã tuã cõtẽnat: ſed forma eſto fideliũ in verbo & conuerſatione: domeſticos ne confundas: communis eſt enim nobis & ipſis natura. Mulieres noli execrari: ipę ei pariũt & nutriũt: diligi ergo oportet eas generatiõis cauſa tantũ in dño: quia ſine muliere vir oĩno generare nõ põt. Honorare ergo oportet eas vt cooperarias generationis: quia neq; vir ſine muliere: neq; mulier

ſine viro aliquando originē ſortiri poterit niſi in ſolis illis ꝓtoplaſtis: quia corpus Adæ ex quatuor elementis eſt factū. Aeua vero de latere Adę: glorioſum vero habitaculū domini de ſola virgine. Execrabilis quidē videtur legitima commixtio: ſed deo condecens eſt ipſius generatio. Decebat eñ opificem nō ſecundū humanā conſuetudinē natiuitate vti: ſed glorioſe & noue vt decebat naſci factorē. Superbiā fuge. Superbis eñ deus reſiſtit. Falſiloquiū execrare: perdes enim omnes (inquit) qui loquūtur mendaciū. Inuidiam caue: auctor eñ eius eſt diabolus, & ſucceſſor ipſius Cain fratri inuidens: & de inuidia homicidium perpetrans. Sorores meas mone deū diligere: & ſolis viris ſuis ſufficere debere. Similiter fratres meos mone ſuis cōiugibus ſufficere debere. Virgines cuſtodi: tanq̄ Chriſti ſacramenta. Longanimis eſto: vt multus ſis prudentia. Pauperibus ſecundū ꝙ habueris: bene facere ne neglexeris. Eleemoſyna eñ & fide purgantur peccata. Teipſum caſtū cuſtodi tāq̄ dei habitaculū. Templum Chriſti cōſtitutus & organū ſpiritusſancti exiſtēs: ſcito quomodo te enutrierim. Et ſi minimus quidem ſum: æmulator meus eſto & imitare conuerſationē meā. non eñ glorior in mūdo: ſed in domino. Heronē filiū meū moneo: vt qui gloriatur in domino glorietur. cuius & memini filii deſiderabilis: cui cuſtos fiat ille ingenitus deus & dominꝰ Ieſus Chriſtus non omnibus credere, neq; de omnibus ꝑſumere: ne quis te ſubintret. multi eñ miniſtri ſunt ſathanę: & qui cito credit leuis eſt corde. Memento dei: & nūq̄ peccabis. Noli eſſe duplex animo in oratione tua: beatus eſt eñ qui nō dubitauerit. Credo ergo in patrē domini noſtri Ieſu Chriſti: & in vnigenitū filiū eius: quia oſtendit mihi Heronē in ſede mea. Ergo adde ad curſum tuū. præcipio tibi corā deo qui eſt ſuper oīa & corā Chriſto ꝑſente: & ſpiritu ſancto: & corā miniſtrātibus legionibus: cuſtodi depoſitū meū qđ ego & dominus Chriſtus cōmendauimus tibi. Et ne indignū te iudicaueris

eorum: quæ oſtenſa ſunt mihi de te a domino. Commendo ergo tibi eccleſiã Antiochenſiũ. Cõmendaui vos Polycarpo in domino Ieſu Chriſto. Salutant te epiſcopi Honeſymus, Vitus, Damas, Polybius, & omnes a Philippis. vnde ſcripſi tibi. Saluta deo decentes preſbyteros. Saluta ſanctos condiaconos tuos: quos ego enutriui in domino ĩ carne & ſpiritu. Saluta populũ domini a minimo vſq; ad maximũ ſecũdũ oĩa quæ tibi cõmendo: ſicut Moyſes Ieſu duci exercitus. & non tibi videatur oneroſum qđ dictũ eſt de te: et ſi tales non ſumus quales illi fuerũt, ſed tamẽ oramus vt tales ſimus: quia filii Abrahæ ſumus. Confortare ergo Hero potenter & age viriliter. Tu eñi introduces: & educes ex hoc nũc populum domini: qui eſt in Antiochia & non erit ſynagoga domini ſicut oues non habentes paſtorem. Saluta Caſſianũ hoſpitem meum: & illam pudiciſſimã eius coniugem, & dilectiſſimos filios eorum: quibus det deus inuenire miſericordiam apud deum in illa die miniſtrationis quæ eſt ad nos quos & commendo tibi in Chriſto. Saluta eos qui ſunt in Laodicia fideles omnes: ſecũdũ nomina in Chriſto. Eos qui ſunt in Tharſo noli negligere: ſed aſſidue eis intende confirmans eos in euãgelio. Marium epiſcopum qui eſt in Neapoli ſecus Zarbo ſaluto in domino. Intende etiam pudiciſſimę Mariæ filiæ meæ: quæ eſt abunde doctiſſima: & ei quæ in domo eius eccleſiæ: quæ facta eſt mihi pro anima mea exemplũ piiſſimarum mulierum. Sanum te & in omnibus probabilem pater Chriſti æuo longiore per ipſum vnigenitum ſuum cuſtodiat: ad vtilitatẽ eccleſiæ. Incolumis in domino ora pro me: vt conſummem. Amen.

Ad Epheſios de vnitate ex Smyrna. Epiſtola. XI.

Epheſus ciuitas in Aſia ab Amaſonibus olim condita ſepulcro Ioannis euangeliſtę dilectiſſimi apoſtoli cęlebris: a qua & Epheſij.

¶Ignatius,qui & Theophorus, benedictę magnitudine re=
pletę dei patris & pdeſtinatę ante ſecula: vt ſit ſemper in ſin
gulari gloria incõuertibilis & adunata: & electa in paſſione
vera in volũtate dei patris & domini noſtri Ieſu Chriſti ſal=
uatoris eccleſię beatitudine dignę quę eſt Epheſi in Aſia plu
rimã in Chriſto Ieſu & immaculato gaudio Salutem.

SVſcepi veſtrũ in domino multũ deſiderabile nomẽ
qđ poſſidetis natura iuſta ſecũdũ fidem & dilectio
nẽ in Chriſto Ieſu ſaluatore noſtro.cũ ſitis imitato
res humanitatis dei vt viuificati in ſanguine Chriſti rege=
nerationis: charitatis geminũ opus conſummate: audiẽtes
me de Syria vinctũ pro Chriſto ſpe cõmuni confidentẽ ora=
tionibus veſtris vt merear Romę beſtiis dimicare: vt p mar
tyriũ poſſim diſcipulus eius eſſe:qui pro nobis ſeipſum ob=
tulit deo hoſtiã & oblationẽ in odorẽ bonę ſuauitatis.Quo=
niã ergo ſuſcepi multitudinẽ in nomine dñi Chriſti in Ho=
neſymo dilecto ſcriptore noſtro:veſtro aũt epiſcopo:obſecro
eũ ſecũdũ Ieſum Chriſtũ diligere vos.& vos oẽs in cõcordia
eius in ipſo eſſe.Benedictus eñ deus q vobis talibꝰ talẽ epm
donauit habere in Chriſto. pro conſeruo noſtro aũt Burro
ſecũdũ deũ diacono veſtro & in oĩbus benedicto:depcor per
manere eũ ĩmaculatũ in honore eccleſię: & beatiſſimi epiſco
pi veſtri.Crocus vero deo dignus:quẽ tã q̃ exẽplar dilectio=
nis veſtræ ſuſcepi:in omnibus me refecit: & cathenã meam
non erubuit:cũ Honeſiphoro & Burro & Euplo: & Phron=
tone qbus refrigeret pater dñi noſtri Ieſu Chriſti per quem
vos omnes in dilectione habui.Acquiſiui vos in oĩbus:ſi qdẽ
dignus fuero. dignũ eſt eñ omnibus modis vos glorificare
Ieſum Chriſtum qui vos glorificauit: vt in vna perfectione
perfecti ſitis in eodem ſenſu & in eadem ſentẽtia:vt idipſum
dicatis oẽs de eo ipſo vt ſubiecti epiſcopo & pſbyteris ſecun
dũ omnia ſanctificati.Non pręcipio vobis:quaſi aliquis ſim.
Et ſi quidem vinctus ſum pro noĩe Ieſu Chriſti:tamẽ necdũ

conſummaui. Nunc enim initium habeo eruditionis: & alloquor vos tanq̃ conſeruos. Me autem oportebat a vobis cõmoneri fide: monitione: patientia: longanimitate: quoniam dilectio non permittit me tacere de vobis. propterea pręueni rogare vos vt concurratis diſpoſitioni dei: quia & Ieſus Chriſtus omnia ſecundum diſpoſitionem patris agit. ſicut & ipſe in quodã loco dicit: ego quę placita ſunt ei facio ſemper. Ergo & nos oportet ſecundum diſpoſitionem dei viuere in Chriſto: & ęmulari ſecundum qđ Paulus ait: Imitatores mei eſtote: ſicut & ego Chriſti. vnde et vos decet diſpoſitionem paſtorum ſequi: qui ſecundum deum vos paſcunt Qđ etiã ipſi facitis ſapiẽter a ſpiritu ſancto inſtructi. Illud ergo digne nominandum et deo dignum preſbyterium ita coaptatũ ſit epiſcopo: quomodo chordæ in cithara colligatę. Ita et ipſi in concordia et cõſona dilectione: cuius dux et cuſtos eſt Ieſus Chriſtus. Et qui ſunt ſigillatim omnes vnus chorus fiant vt conſonantes facti in vnitate: coniunctionem domini in ſimilitudinem morum recipiẽtes in vnitate vnũ effecti conſenſu: deo patri et dilectiſſimo filio eius Ieſu Chriſto domino noſtro: ſecundum qđ ipſe patrem rogans dicit. Da illis pater ſancte vt ſicut ego et tu vnum ſum⁹: ita et hi in nobis vnum ſint. Vtile eſt enim vos ſine macula in vnitate coniunctos deo imitatores eſſe Chriſti: cuius et membra eſtis. Si ego in paruo tempore talem conſuetudinem habui circa epiſcopum veſtrum quæ non humana ſed ſpiritualis fuit: quantomagis vos beatifico qui pendetis ad eum quomodo eccleſia ad dominum Ieſum: et ipſe dominus ad deũ patrem ſuum vt in vnitate omnia ſibi conſonantia ſint. Nemo oberret. Si quis non fuerit intra altare: fraudabitur pane dei. Si enim vnius aut duorum animo tantum habet virtutem vt Chriſtus in eis conſiſtat: quantomagis ſacerdotis et ſancti populi ſupplicatio conſonanter aſcendens ad deũ perſuadet pręſtare eis omnes petitiones in Chriſto. Qui ergo a

talibus ſeparatur et non cōuenerit in cōgregatione ſacrifi-ciorū eccleſiā primogenitorū deſcriptorū in cœlo:lupus eſt in grege ouiū:māſuetā demōſtrās figurā. Feſtinate ergo di lectiſſimi ſubditi eſſe epō et preſbyteris et diaconis. Qui eñ iſtis ſubditus fuerit:Chriſto obedit qui eis hoc cōceſſit. Qui vero eis non conſenſerit: Ieſu Chriſto non conſentit. Qui autem filio non conſenſerit:nō videbit vitam: ſed ira dei manebit ſuper eum. Huiuſmodi ergo temerari9 :et hor ribilis et ſuperbus:qui non eſt ſubditus potioribus. Super-perbis enim(inquit)deus reſiſtit:humilib9 autem dat gra-tiam. Et iterū:ſuperbi inique geſſerūt vſqꝫquaqꝫ. Dicit eti-am dominus ſacerdotibus. Qui enim vos audit:me audit: et qui me audierit audiet illum qui me miſit:et qui vos ſper nit:me ſpernit:et qui me ſpernit:ſpernit eum qui me miſit. Quando enim videtis tacere epiſcopū plus eū timete. Om nem itaqꝫ:quem mittit paterfamilias pro ſua diſpenſatione ſic nos oportet ſuſcipere quēadmodū ipm qui mittit. Ergo epm manifeſte ſicut ipm dnm oportet cōtēplari:dño aſſiſtē tem:proſpectorem eñ verū et acutū in operibus ſuis regi bus oportet aſſiſtere:et nō aſſiſtere:et hominibus infirmis. Ipſe enim honeſymus laudat veſtrā diſpenſationē quia om-nes ſecūdū deum viuitis:et quia nulla hæreſis inter vos ha bitat. Sed nec obeditis alicui: niſi Ieſu Chriſto vero paſtori et doctori:et eſtis quemadmodū Paulus vobis ſcripſit vnū corpus et vnus ſpiritus:quoniam in vna ſpe fidei concluſi eſtis:vnus enim dominus:vna fides:vnum baptiſma: vnus deus et pater omnium:qui ſuper omnes et per omnia:et in omnib9. Vos ergo eſtote tales:q a tali eruditi eſtis. Hoc eſt a Paulo Chriſtifero et Timotheo. Quidam autem fallaces conſueuerunt dolo maligno nomen Chriſti circumporta-re:Sed aliquanta indigna deo agentes:et contra doctrinam Chriſti ſapiētes ad interitum ſuum ſibimetipſis cōſentiūt: quos oportet vos tanq̄ beſtias declinare. iuſtus inquit decli-

nans euadet interitum: extraneus etenim atq; alienus erit ab impiorum perditione. Sunt igitur canes muti non valẽtes latrare rabidi occulte: quos obſeruare oportet inſanabilem languorem habentes. Medicus autem noſter eſt ſolus verus deus ingenitus: & inuiſibilis dominus omnium vnigeniti pater & genitor. Habemus autem medicum etiam dominum noſtrum Ieſum Chriſtum ante ſecula filium vnigenitum & in principio verbum: poſtea vero & hominem ex Maria virgine. Verbum enim (inquit) caro factum eſt: incorporalis in corpore: impaſſibilis in corpore paſſibili: immortalis in corpore mortali. Vita in corruptione: vt de corruptione & morte liberet animas noſtras & ſanet eas: infuſas morbo impietatis & iniquis deſideriis. Nullus ergo veſtrum ſeducatur: qđ & de vobis confido: homines & enim eſtis. Quando etenim nihil in vobis fuerit qđ vos potuerit coninquinare & tormentum ſuperinducere: ſecundum deum viuetis. & erit Chriſti ſubiectio veſtra: & eccleſiæ epheſiorum quæ eſt auxiliatrix: & multum amabilis. Carnales enim ſpiritualia non poſſunt agere: neq; ſpirituales carnalia: ſicut nec fides ea quæ ſunt infidelitatis: neq; infidelitas ea quæ ſunt fidei. Vos ergo tepleti ſpiritu ſancto: nihil carnale: ſed omnia ſpiritualia agite. vnuſquiſq; verſtrum perfectus ſit in Chriſto Ieſu: qui eſt ſaluator omnium hominum: maxime fidelium. Agnoui enim aliquos ex vobis a via veritatis diſcedentes malam doctrinam habere alieni & nequiſſimi ſpiritus. Quibus non tribuiſtis ſecus viam ſeminare tizania: obturantes aures ad non ſuſcipiendum errorem qui ab ipſis eſt prædicatus: ſcientes quia huiuſmodi ſpiritus eſt erroris: non ea quæ ſunt Chriſti: ſed ſua loquens. falſiloquus etenim eſt. Sanctus autem ſpiritus non ſua propria loquitur ſed ea quæ ſunt Chriſti. Neq; Chriſtus ſua nunciat. Sermo (inquit) quem audiſtis non eſt meus: ſed eius qui me miſit. de ſpiritu ſancto dicit. Non enim

loquetur a ſe: ſed quæcunq; audierit a me: de ſe autem patri. Ego te glorificaui ſuper terram: opus perfeci quod dediſti mihi vt facerem: manifeſtaui nomen tuum hominibus. de ſpiritu ſancto ait. Ille me glorificabit ſuper terram: quia de meo accipiet & annunciabit vobis. Ergo vterq; eorũ ipſum glorificat: a quo & accepit quod faceret & ipſum prædicat atq; eius verba pronunciat. Erroris autem ſpiritus ſeipſum prædicat: ſua prophetia dicens ſibi placens etenim eſt: & ſeipſum glorificat: acerbus nanq; eſt plenus exiſtens falſiloquio: ſeductor: lubricus: ſuperbus: arrogans: verboſus: diſſonus: immenſuratus: nigriformis: tumidus: de cuius operationibus liberauit nos Ieſus Chriſtus: fundans nos ſuper petram tanq̃ lapides electos (qui apti ſunt ad ędificium dei patris eleuati in altum a Chriſto qui pro nobis crucifixus eſt) confortatos ſpiritu ſancto in fide introductos: in ſpe & dilectione eleuatos a terra in cœlum ambulantes ĩmaculate. Beati em̃ (inqt) ĩmaculati in via: q ambulãt in lege dñi. Via enim ſine errore eſt Ieſus Chriſt⁹ ſicut ipſe ait. Ego ſum via veritas & vita. Deducit autẽ hęc via ad patrem. Nemo enim (inquit) veniet ad patrem: niſi per me. Beati ergo eſtis vos deiferi Chriſtiferi: ſpiritiferi: ſanctiferi: templiferi: in omnibus ornati in mandatis Ieſu Chriſti regnum ſacerdotale: gens ſancta: populus in acquiſitionem. In quibus exultans: dignus effectus ſum per quos ſcribo: alloqui ſanctos qui ſunt epheſi: fideles in Chriſto Ieſu. Gaudeo em̃ in vobis quia vanitati nõ intẽditis: neq; ea q̃ ſecundũ carnẽ ſunt diligitis: ſed ea q̃ ſcđm deũ ſunt. Sed ꝑ aliis hominibus orate indeſinẽter. Eſt em̃ in illis ſpes: vt deũ mereãtur adipiſci. Nunquid qui cadit (inqt) nõ adiiciet vt reſurgat? aut qui auertit nõ conuertet? Cõuertemini ergo ad doctrinam: eſtote miniſtri dei: & os Chriſti. Dicit enim deus. Si abduxeritis ꝑcioſum ab indigno: os meũ eritis. Eſtote ergo ad iracundias eorũ humiles: renunciate blaſphemiis

eorum: vos vero orationi inſtate: illis erratibus: vos ſtabiles eſtote radicati in fide vincite eorũ ferocẽ cõſuetudinem per veſtrã manſuetudinẽ. & iracundiã per lenitatẽ. Beati enim (inquit) mites nã & Moyſes mãſuetus ſupra oẽs fuit: & Dauid mitis valde: propter qđ Paulus monet dicẽs. Seruũ aũt domini nõ oportet litigare: ſed mitẽ eſſe ad oẽs: docibilẽ patientẽ cũ omni modeſtia corripiẽtẽ eos qui reſiſtũt veritati. nolite feſtinare: vlciſci volẽtes vos. Si reddidi retribuẽtibus mihi mala: fratres eos faciamus: per mãſuetudinẽ. dicite itaq̧ his qui oderũt vos fratres noſtri eſtis: vt nomẽ dñi glorificetur. Imitemur ſcilicet dominũ cui cum malediceretur nõ maledicebat: cũ pateretur nõ cõminabatur. cũ crucifigeretur nõ cõtradicebat: ſed ꝓ inimicis ſuis orabat dicẽs: Pater dimitte illis: quia neſciũt quid faciũt. Cui plus nocetur ampliora ſuſtineat. Beatus qui abiectus & reprobatus fuerit ꝓpter nomen domini. ipſe etenim verus eſt Chriſti. videte ne herba diaboli inueniatur in vobis: amara etenim eſt & ſalſa. Ergo ſobrii eſtote & caſti in Chriſto Ieſu: iam eñ nouiſſima tẽpora ſunt. Reuereamur & timeamus longanimitatẽ dei & nõ ſimus diuitiarũ aut vtilitatũ rerũ appetitores: futurã iracundiã plus timeamus q̃ pñtẽ gratiã diligamus. præſens eñ gratia eſt vt ĩueniamur in Chriſto Ieſu: & in veritate viuamus. Extra hoc autẽ: nec reſpirare oportet aliquãdo. Hæc eſt enim ſpes mea: hæc exultatio: hæc deniq̧ indeficiẽtes diuitiæ. In quo & vincula mea a Syria Romam vſq̧ ſuffero ſpirituales margaritas. in quibus mihi contingat conſummari orationibus veſtris: participem paſſionũ Chriſti communẽ et mortis eius fieri et a mortuis reſurrectionis et vitę æternę quã mihi cõtingat ꝑcipere vt ĩ ſorte Epheſiorũ Chriſtianorũ inueniar. Qui et cũ apoſtolis ſemper cõuerſati ſunt in virtute Ieſu Chriſti, Paulo, Ioanne et Timotheo fideliſſimo. Scio qui ſunt et quibus ſcribo. Ego itaq̧ minimus ſum: et ſupplex ſub periculis et iudiciis et lõge conſtitutus

vos vero cõſecuti eſtis miſericordiã firmi in Chriſto. Tradi
tus ſum autem propter deum generi interfectorũ a ſangui
ne Abel iuſti ad ſanguinem Ignatii minimi. Pauli em̃ ſan=
cti eſtis cõminiſtri: & teſtimonium conſummatis eius qui
eſt vas electionis. Sub veſtigia eius merear inueniri & cæte
rorũ ſanctorũ: qñ Ieſum Chriſtũ meruero adipiſci. q ſemper
in ſuis orationibus memor ſit veſtri. Feſtinate ergo frequen
ter accedere ad euchariſtiam & gloriam dei. Quando enim
aſſidue hoc ipſum agitur: expelluntur poteſtates Sathanæ
qui actus ſuos cõuertit in ſagittas ignitas ad peccatũ. Nr̃a
aũt cõcordia & cõſonãs fides: ipſius eſt interitus & cõſenta
neis eius tormentum. Nihil em̃ melius eſt q̃ pacem habere:
in qua omne telũ euacuatur aeriorũ & terreſtriũ ſpirituũ.
Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem & ſanguinem:
ſed aduerſus principatus & poteſtates: aduerſus mũdi recto
res tenebrarum harũ: aduerſus ſpiritualia nequitiæ in cæle
ſtibus. Ergo nolite vos vulnerare in aliqua contagione dia=
boli: ſicuti & Paulus dicit habentes in Chriſtũ ſpem & di=
lectionem: quæ eſt principium vitę & finis. Principiũ quidẽ
vitæ eſt fides: finis vero eius eſt dilectio. Ambę vero ſimul
iunctę in vnitate factę hominem dei perficiunt. Sed & reli=
qua omnia quæ in beniuolentia ſequuntur conſummant.
Nemo enim fidem annuncians debet peccare: neq; dilectio=
nem poſſidens debet fratrẽ ſuũ odire. Qui em̃ dixit. Diliges
dñm deũ tuũ ex toto corde tuo: ipſe iterũ ait: & ꝓximũ tuũ
ſicut teipſum. Qui em̃ annũciãt eſſe Chriſtũ: nõ ex iis quæ
dicũt tantũmodo: ſed ex iis quę agũt agnoſcũtur. ex fructu
em̃ arbor cognoſcitur. Melius eſt eũ igitur tacere & eſſe: q̃
dicere & nõ eſſe: qa nõ in verbo eſt regnũ dei: ſed in virtute.
Corde em̃ credit̃ ad iuſtitiã: oris aũt cõfeſſio fit ad ſalutẽ bo
nũ eſt igit̃ docere: ſed ſi fecerit ea q̃ dixerit. Qui docuerit &
fecerit: hic magnus vocabit̃ in regno cœlorũ. Dñs aũt nr̃ &
deus Ieſus Chriſtus q eſt fili9 dei viui: Primo videlicet fecit

& ſic docuit ſicut teſtatur Lucas: cuius laus eſt in euãgelio per omnes eccleſias. Nihil em̃ latet dominũ: ſed etiã occulta noſtra coram ipſo ſunt. Omnia ergo faciamus tãq̃ ipõ in nobis habitãte: vt ſimus ei⁹ tẽpla & ipſe habitet in nobis. Dñs itaq; Chriſtus in nobis loquat̃: ſicut & in Paulo: ſpũs ſanct⁹ nos doceat: q̃ ſunt Chriſti reſpõdere. Adiũcti illi nolite errare fratres mei: & ne ſitis maſculorũ cõcubitores qa hmõi regnũ dei nõ poſſidebũt. Qui em̃ habitacula corrũpũt: morti condẽnabuntur. Quomodo nõ magis qui Chriſti doctrinã diſrũpere conãtur ſempiternã dãnationẽ percipient: ꝓpter crucem & mortem quã ſuſtinuit dñs Ieſus vnigenitus dei filius? Cuius doctrinã quicũq; deprauenerit: abiectus & pollutus in gehennam proiicietur. Similiter aũt & omnis homo qui ſpreuerit qđ a deo accepit cõdẽnabitur. Qui imperitum paſtorẽ ſecutus fuerit & falſam gloriam tanq̃ verã ſuſceperit particeps Chriſti eſſe non poterit. Quę em̃ ſocietas luci cum tenebris? aut Chriſto cũ Belial? aut q̃ pars fideli cũ infideli? Aut templo dei cum idolis? Dico autem & ego: quę cõmunicatio veritati ad mendacium? aut quę ſocietas iuſtitię cũ iniuſtitia? aut verę glĩę cũ falſa gloria? ꝓpterea vnguẽtum accepit deus in capite ait in eccleſia vt fragret in incorruptione. vnguentum enim exinanitum nomen tuum: propterea adoleſcentulę dilexerunt te: attraxerunt te naribus: poſt te in odorem vnguentorum tuorum curremus. ne vnguatur quis fœtore huius ſeculi ſancta dei eccleſia non captiuetur ab aſtutia illius: ſicut mulier prima ęua. Quapropter cum ſimus rationabiles non efficiamur ſtulti. Quare plantationem quam a deo per Chriſtum accepimus: non cuſtodimus: ſed in iudicium per ignorãtiã incidimus: ignorãtes gratiã quã accepim⁹ & neſciẽtes perim⁹: qa Chriſti crux infidelibus quidẽ ſcãdalũ: fidelibus aũt ſalus: & vita ęterna. Vbi ſapiens: vbi ſcriba: vbi conquiſitor: vbi exultatio dictorũ. Filius aũt dei q ante ſecula natus eſt: & oĩa diſpoſitiõe pa

tris cõſtituit: ipſe in vtero portatꝰ eſt a Maria ſcd̃m dei diſ poſitionẽ ex ſemine Dauid & ſpiritu ſancto. Ecce em̃ inquit virgo in vtero cõcipiet & pariet filiũ & vocabit nomẽ eius Emmanuel. Ipſe em̃ baptiſatus eſt a Iohãne: vt fidelẽ faceret ordinationẽ: quæ tradita eſt prophetis a deo: & latuit princi pẽ huius ſeculi virginitas Mariæ: & partus eius ſimiliter & mors domini. Tria myſteria clamaui: in ſilentio dei enim opera nobis manifeſtata ſunt. Stella in cœlo fulſit ſuper omnes: quæ ante ipſam erãt. Et lux eius ineſtimabilis & no ua atꝗ peregrina apparuit videntibus eam. Cætera vero ſydera ſimul cum ſole & luna, coruſca facta ſunt illi ſtellæ: illa vero ſuperabat omnes ſplendore ſuo: & facta eſt pertur batio: vnde fuiſſet illa nouitas quę apparuerat. Hinc hebeta ta eſt ſapientia huius mundi: iniquitas & malitia extermi nabantur: maleficia adnullabantur: magica deridebantur: tenebrę & ignorantię diſſipabantur: & tyranni principa tus abolebantur: deo vt homine apparente: & homine ſicut deo operante. Sed neꝗ primo gloria: neꝗ ſecundo puritas ſed illa veritas & conuerſatio: principatum accepit a deo. perfecta omnia in illo conſtabant: propter qd̃ meditatus eſt mortis ſolutionem. State ergo fratres firmi in fide Ieſu Chri ſti & in dilectione eius atꝗ reſurrectiõe omnes: in omnibus em̃ his gratia. In eius nomine congregamini: cõmuniter in vna fide dei patris & Chriſti filii eius vnigeniti & primoge niti totius creatiõis ſecundũ carnẽ quidẽ ex genere Dauid. Eruditi a paracleto: obedientes epiſcopo et preſbytero im prȩuaricabili ſenſu frangentes panem qui eſt medicamẽtũ immortalitatis: antidotum: non moriendi ſed viuendi per Ieſum Chriſtum in deo catharticum expellẽs malum, ſit in vobis. Pro animabus veſtris ego efficiar: et eius quẽ miſiſtis in honorẽ dñi ad Smyrnã: vñ et ſcribo vobis: gratias agens dño: diligẽs Polycarpum quomodo et vos. Memores eſto te mei: ſicut et veſtri Ieſus Chriſtus qui eſt benedictus in

ſecula. Orate pro eccleſia Antiochenſium: quæ in Syria eſt: vnde & vinctus ducor Rhomam. qui ſum vltimus illorum fideliũ: vnde ſum vltimus ego dignuſq; effectus in honorẽ dei has ſufferre catenas. Incolumes eſtote in deo patre & domino Ieſu Chriſto: cõmuni ſpe in ſpiritu ſancto. Amen.

Ad Romanos de Smyrna per Epheſios.

Epila. XII.

Rhoma (a qua & Rhomani) notior eſt q̃ vt hiſtoriæ lucem requirat: Italicarum vrbium præclariſſima olim iam orbis caput, & vrbs per excellentiam dicta. Et hæc pro communi argumento abunde dicta putentur.

Ignatius, qui & Theophorus, miſericordiã cõſecutę in magnitudine dei altiſſimi: patris Ieſu Chriſti vnigeniti eius filii eccleſiæ ſanctificatę & illuminatę ĩ volũtate dei (qui fecit omnia quæ ſunt ſecũdũ fidẽ & dilectionẽ Ieſu Chriſti dei & ſaluatoris noſtri) quæ & p̃ſidet in loco regionis Rhomanorum deo dignę: eminẽtia dignę: beatitudine dignę: laude dignę: fide dignę: fundatę in dilectione & fide Chriſti paternũ nomen habẽti, ſpiritiferę: quã & ſaluto in noĩe dñi omnipotẽtis: & Ieſu Chriſti filii eius qui eſt ſcd̃m carnẽ & ſpiritum: adunatis in mãdatis eius repletis gratia dei inſeparabiliter, & ablutis ab omni alieno colore atq; ĩmaculatis plurimã in deo patre & dño Ieſu Chriſto Salutem.

Deprecans deũ obtinui vt videre merear dignos vultus veſtros ſicut plurimũ optabam promereri: vinctus eñ in Chriſto Ieſu ſpero vos ſalutare: ſiqdẽ fuerit volũtas illius q dignũ me faciat vſq; ĩ finẽ propoſitũ meũ cõſummare. Illa vero principia bonę cõuerſationis ſunt: ſi qdẽ per gratiã meruero ſortẽ meã vſq; in finẽ ſine impedimẽto percipere. Timeo eñ dilectionẽ veſtrã: ne ipſa me lędat: vobis eñ facile eſt qd̃ vultis facere: mihi aũt difficile deũ promereri, tamen potero ſi vos pepercerítis mihi occaſione ami

citię carnalis. Nolo igitur vos homini placere ſed deo ſicuti & complacuiſtis. nec enim ego habui aliquãdo tale tempus vt deum promeruiſſem. Ergo ſi & vos tacueritis de me ego efficior dei. Si enim dilexeritis carnem meam: iterũ forſitan abſoluar. Multum enim mihi præſtatis ſi me offeratis deo cum iam altare paratũ eſt vt in dilectione chorus effecti can tetis deo patri in Chriſto Ieſu (quoniam epiſcopum Syriæ dignũ fecit deus inueniri in occidente: ab oriente pręmittẽs ſuam paſſionem, martyrem bonũ proficiſcentem de mundo ad deum) vt in ipſo oriar: nũq̃ lęſiſtis aliquem: alios docui‑ ſtis. Ego autẽ rogo vt ſecundũ illa firma quæ docti eſtis ex omni virtute optetis mihi vt non ſolum dicar: ſed etiam in ueniar chriſtianus. Si autẽ inuentus fuero: & dici poſſum & tũc eſſe fidelis: quãdo mũdo nõ comparuero. nihil eñ de iis quæ videntur æternũ eſt. Quæ eñ videntur (inquit) tẽpo‑ ralia ſunt: quæ aũt nõ vidẽtur æterna ſunt. non ſolũ in ope‑ re: ſed etiã in magnitudine. Chriſtianitas eñ eſt quę oditur a mũdo: amatur a Chriſto: quia non eſt ab hominibus: ſed a deo. Si eñ eſſetis (inquit) de mũdo: mũdus qđ ſuũ erat dili geret. Nunc autẽ quia non eſtis de mundo: propterea odit vos mundus. ſed ego elegi vos: manete in me. Ego ſcribo om nibus eccleſiis & omnibus mando: quia voluntarie pro deo morior ſi vos nõ prępedieritis. rogo itaq; vos vt non fruſtra ſit in me dilectio veſtra. Sinite me vt beſtiarum eſca ſim: per quã poſſum deum promereri. Triticum enim dei ſum, den tibus beſtiarum molar: vt poſſim panis dei mũdus inueniri. Magis aũt blandiamini: beſtiis vt mihi ſepulcrum ſint & ni hil de meo corpore relinquant vt nõ obdormiens grauis ali cui inueniar. Non ſicut Petrus & Paulus pręcipio vobis: illi eñ apoſtoli ſunt Ieſu Chriſti. Ego autẽ minimus. illi vero li beri ſunt ſerui dei: ego autẽ vſq; nũc ſeruus ſed ſi paſſus fue ro: libertus ero Ieſu Chriſti: & reſurgã in eo liber. Nũc diſco vinctus nihil mũdi concupiſcere: aut aliquod vanum a Sy‑

ria Rhomam vſq; cum beſtiis depugno per terram & mare: die ac nocte vinctus cum decem leopardis. hoc eſt cum mili tari cuſtodia: qui ex beneficiis peiores fiũt: in iniuſtitiis autem eorum magis edoceor: ſed nec in hoc quidem iuſtificor. vtinam fruar beſtiis quæ mihi paratę ſunt: quas & opto mihi veloces eſſe ad meum interitum, & allici: vt celerius me comedant ne ſicut in aliis territę ſint: & non eos tetigerunt. Etſi ipſę noluerint: ego ipſis vim ingerã: ego vrgebo. ignoſcite mihi: ego ſcio quid mihi expediat. Nunc incipio eſſe diſcipulus. nulli æmulor viſibilium & inuiſibiliũ: vt Ieſum Chriſtum merear adipiſci. ignis: crux: beſtiarũq; conſtantia abſciſio, ſeparatio, confractio, diſſipatioq; membrorum: interitus totius corporis: & flagella diaboli omnia in me veniant vt Ieſum Chriſtũ merear adipiſci. Nihil me iuuat quæ ſunt mũdi huius: neq; regnum temporale. bonum eſt mihi mori in Chriſto Ieſu: q̃ regnare in finibus terræ. Quid enim prodeſt homini ſi vniuerſum mundum lucretur: animã vero ſuam perdat? dominũ nãq; deſidero filium veri dei: & patrem Ieſu Chriſti: ipſum vtiq; quęro: & illum qui pro nobis mortuus eſt & reſurrexit. Ignoſcite mihi fratres ne mihi impedimenta opponatis ad vitam: Ieſus eſt enim vita fidelium vt ne velitis me mori: qa vita mors eſt ſine Chriſto. Dei volens eſſe: mundo non placeam. Sinite me puram lucem percipere: illuc perueniens homo dei ero. Cõcedite mihi vt ſim imitator paſſionum dei mei. Qui enim vult in ſeipſo habere: intelligat qđ volo & compatiatur mihi ſciens quid ſit in me. Princeps enim mundi huius diripere me vult: & in iudicio dei mei dirumpere. Nemo ergo de præſentibus vobis auxilietur ei magis autem mei adiutores eſtote hoc eſt dei. Nolite dicere Ieſum Chriſtum mundum honorantes. Facinus in vobis non habitet: neq; ſi vos præſens rogauero conſentiatis mihi: his autem cõſentite quę ſcribo vobis. Viuus enim vobis ſcribo deſiderans mori pro Chriſto. Meus enim

amor crucifixus eſt: & non eſt in me. aqua autem alia viua manet in me intrinſecus mihi dicens: veni ad patrem non comedam eſcam corruptionis: neq; voluptates huius mũ- di deſidero. panem dei volo, panem cœleſtem, panem vitæ qui eſt caro Ieſu Chriſti filii dei viui (qui natus eſt in no- uiſſimo ex ſemine Dauid & Abrahæ) & potum volo ſan- guinem eius: qui eſt dilectio incorruptibilis, & vita æter- na. Iam nolo ſecundum homines viuere. hoc autem erit ſi vos volueritis Chriſto crucifigor: quia iam ego non viuo viuit vero in me Chriſtus. Per modica ſcripta rogo vos: ne mihi obſeruetis. Credite mihi quia Ieſum diligo: quo- niam & ipſe dilexit me: & ſeipſum tradidit pro me. Quid retribuam ei: pro omnibus quæ retribuit mihi? Ipſe autem deus & pater domini noſtri Ieſu Chriſti. & ipſe dominus Ie- ſus Chriſtus: manifeſtauit nobis hæc omnia quia verum di co & vos ſimul eum deprecamini mecum vt laborem con- ſequar in ſpiritu ſancto. Non ſecundum carnem vobis ſcri- pſi: ſed ſecundum diſpoſitionem dei. Si autem paſſus fuero: dilexiſtis me. Sed ſi reprobatus fuero: odio me habuiſtis. Mementote in orationibus veſtris illius qui pro me rectu- rus eſt eccleſiam: quæ eſt in Syria. Credite domino dicen- ti: ego ſum paſtor bonus: qui viſitauit eam. & ſit veſtra in eo dilectio. Ego autem & erubeſco: ex ipſis dici. Non enim ſum dignus eſſe vltimus aut purgamentum ſed miſerabi- lis ſum nunc: donec deum merear adipiſci. Salutat vos ſpi- ritus meus: & dilectio eccleſiarum: quæ me ſuſceperunt ſi- cut nomen Ieſu Chriſti. Habentes enim me non quaſi tranſ- euntem viam meam aſpiciebant: & per ciuitatem me de- ducebant. Hæc igitur ſcribo vobis de Smyrna: per Ephe- ſios beatitudine dignos. Eſt autem mecum ſimul cum aliis Crocus deſiderabile mihi nomen ex iis qui aduene- runt de Syria ad Rhomam in gloria dei. Credo vos a- gnoſcere quæ mihi mandaſtis adhuc proxime conſtituto.

Omnes em̄ digni ſunt deo: & apud vos me oportet requieſcere. Scripſi vobis hæc nono Kalendas ſeptēbris incolumes eſtote vſq; in finem in patientia Ieſu Chriſti: Amen.

Epiſtolarum diuini Ignatii Martyris.

FINIS.

Polycarpi martyris Smyrneorum ep̄i diſcupuli Iohannis euangeliſtæ ad philippenſes, Ep̄la.

Polycarpus & qui cū eo ſunt preſbyteri eccleſiæ dei quæ eſt philippenſis: miſericordia vobis & pax a deo omnipotente & Ieſu Chriſto ſaluatore noſtro abundet.

Congratulatus ſum vobis magnifice in domino noſtro Ieſu Chriſto: ſuſcipiens imitabilia verba dilectionis: quam oſtendiſtis in illis (q̄ pręmiſſi ſunt) viris ſanctis decoris vinculis connexis: quæ ſunt coronę electę deo: illius veri regni: per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum: & quia firmitas fidei veſtræ a principio vſq; nunc permanet: & ſanctificatur in dn̄o Ieſu Chriſto: qui ſuſtinuit pro peccatis noſtris vſq; ad mortem quem reſuſcitauit deus: diſſoluens dolores inferni: quem cum non videritis: nunc diligitis: in quem nūc non aſpicientes: creditis. Credentes autem: gaudebitis: gaudio inenarrabili: & glorificato (in quo multi deſiderant introire) ſcientes quia gratia facti eſtis: non ex operibus: ſed in voluntate dei per Ieſum Chriſtum. Propter qd̄ ſuccincti lumbos veſtros: ſeruite domino cum timore & in veritate. Dimiſſo inani vaniloquio & multo errore. Credite ergo in illū qui reſuſcitauit dn̄m noſtrū Ieſum Chriſtū ex mortuis & dedit gloriā & ſedē i dextera ſua. Huic ſubiecta ſūt oīa: cęleſtia & terreſtria: & ſubterranea: cui oīs ſp̄us ſeruit. qui vēturus eſt iudicare viuos & mortuos. Huius ſanguinē req̄rit deus ab eis qui nō crediderunt in eū: qui & reſuſcitauit

eum a mortuis: qui et nos reſuſcitaturus eſt in vitā ſi feceri
mus voluntatem eius: et ambulauerimus in mādatis ipſius
et dilexerimus quæ et ipſe dilexit, auocantes nos ab omni in
iuſtitia: hoc eſt a concupiſcentia, ab auaritia, a detractione, a
falſo teſtimonio. nō reddentes malum pro malo: aut iniuriā
pro iniuria: aut contumeliam pro contumelia: aut maledi-
ctum pro maledicto. Mementote ꝙ dominus docens dixit:
Nolite iudicare ne iudicemini: dimittite et dimittetur vo-
bis. miſeremini: et dominus miſerebitur veſtri. qua em̄ men
ſura menſi fueritis: remetietur eadem et vobis. Mementote
et illius qđ dictum eſt. Beati pauperes ſpiritu: et qui perſe-
cutionem patiuntur propter iuſtitiam: quoniam ipſorū eſt
regnum cœlorum. Hæc autē fratres mei non a me ipſo im-
perās, ſcribo vobis de iuſtitia: ſed quoniam vos prouocaſtis.
Propterea quia neq; ego neq; ſimilis alius mei: poterit ſequi
ſapientiam beati et glorioſi Pauli qui fuit apud vos. et viſus
eſt ſecundum faciem illis qui tunc etant hominibus qui do-
cuit certiſſime: atq; firmiſſime verbum veritatis: qui et ab-
ſens ſcripſit vobis epiſtolas ad quas deflectimini vt poſſitis
ædificari in fide quæ data eſt vobis: quæ eſt mater omnium
noſtrum ſubſequente ſpe: præcedente dilectione: quæ eſt in
deo et in Chriſto: et in proximo. Si enim quis horum intrin-
ſecus repletus fuerit mandatis iuſtitiæ: et habuerit dilectio
nem longe eſt ab omni peccato. principium omniū malorū
eſt auaritia. Scitote aūt quia nihil intulimus in hunc mun-
dum neq; auferre poſſumus. Armemur armis iuſtitię: et do
ceamus noſmetipſos primum ambulare in mandatis domi-
ni et poſt hæc mulieres veſtras: in fide quæ data eſt eis et di
lectione et caſtitate: amantes ſuos viros in omni veritate et
charitate: diligentes omnes æqualiter in omni continentia:
et filios erudite in omni diſciplina, et timore dei: viduæ ve-
ro pudicæ circa fidem dei interpellent inceſſanter pro om-
nibus: elongantes ſe ab omnibus diabolicis detractionibus,

et falſo teſtimonio & ab omni malo cognoſcẽtes ſeipſas: quia ſunt ſacrarium dei. quoniam omnia deus proſpicit & nihil eum latet: neq; cogitatio neq; conſciẽtia neq; aliquid abditũ cordis. Scientes autem quia deus nõ irridetur: debemus digne in mandatis eius & gloria ambulare. Similiter diaconi inculpabiles ſint in conſpectu iuſtitiæ eius: ſicut dei & Chriſti miniſtri, & non hominũ: non criminatores, neq; detractores, neq; auari: ſed omnia tolerantes: in omnibus miſericordes: diligentes in omnibus: ambulantes in veritate domini. qui factus eſt miniſter omniũ. Huic ſi placemus ĩ hoc ſeculo percipiemus ea quæ futura ſunt ſecundũ qđ repromiſit reſuſcitare nos a mortuis. Et ſi digne in eo cõuerſati fuerimus et ſi crediderimus: conregnabimus cum eo. Iuuenes ſimiliter inculpabiles ſint in omnibus: omnem ignorantiam præuidentes, refrenãtes ſe ab omni malo. Bonũ eſt enim abſcindi ab omnibus concupiſcentiis: quoniã omnis cõcupiſcẽtia aduerſus ſpiritum militat: quia neq; fornicarii, neq; molles, neq; maſculorum concubitores regnũ dei poſſidebunt: neq; illicita faciẽtes: propter qđ abſtineri oportet ab omnib⁹ his: Subiecti eſtote preſbyteris & diaconis ſicut deo & Chriſto: virgines caſta cõſciẽtia ãbulate. Preſbyteri ſimplices ſint: in omnibus miſericordes: omnes ab errore cõuertẽtes: omnes infirmos viſitantes: viduas, pupillos & pauperes nõ negligentes. ſed ſemper prouidẽtes bona corã deo & hominibus Abſtinete vos ab omni iracũdia & iudicio iniuſto. Longe ab omni auaritia eſtote: nõ cito cõſentiatis aduerſus aliquẽ: ne preuaricemur in iudicio ſciẽtes quia debitores ſumus peccati. Si ergo depcamur dominũ vt nobis dimittat: debemus etiã nos dimittere. Ante cõſpectũ oculorũ dñi ſumus: & oẽs oportet nos aſtare ante tribunal Chriſti: & vnũquẽq; pro ſe rationẽ reddere. Seruiamus ergo ei cũ timore & reuerẽtia: ſecundũ qđ euangelizauerũt nobis apoſtoli domini: & prophetæ annũciauerũt aduentũ dñi noſtri Ieſu Chriſti zelan-

tes bona:abſtinete ab ſcandalis & falſis fratribus: qui in va-
nũ portant nomen domini:qui oberrare faciunt inanes ho-
mines.Omnis eñ qui non confitetur Ieſum Chriſtũ in car-
ne veniſſe:hic antichriſtus eſt. Et qui nõ cõfitetur myſteriũ
crucis ex diabolo eſt. Et qui deuiauerit eloquia domini ad ꝓ
pria deſideria: & dixerit neq; reſurrectionem neq; iudicium
eſſe:hic primogenitus ſathanę eſt: propter qđ relinquentes
vanitates multorũ & falſas doctrinas:ad illud qđ traditum
eſt nobis a principio verbum reuertamur. Sobrii ſimus: in
orationibus ieiunia tolerantes,& ſupplicationibus petentes
omniũ proſperatorẽ dominũ ne nos inducat in tentationem
ſecũdũ qđ dicit dominus:ſpiritus quidẽ promptus eſt: caro
autẽ infirma.Indeficienter autẽ toleremus propter ſpem no
ſtram & pignus iuſtitię qđ eſt Chriſtus:qui ſuſtulit peccata
noſtra in corpore ſuper lignũ qui peccatum non fecit:nec in
uentus eſt dolus in ore eius.ſed propter nos omnia ſuſtinuit
vt viuamus in ipſo. Imitatores ergo efficiamur tolerantiæ
eius: et ſi paſſi fuerimus pro nomine eius glorificemus eũ.
hoc enim nobis iudicium poſuit de ſe ſeipſo: & nos hoc cre-
dimus Rogo ergo igitur omnes vos inſiſtere verbo iuſtitię:
& patientiæ: quam oculata fide vidiſtis : non ſolum in bea-
tiſſimis illis Ignatio ſcilicet & Zozymo & Ruſo : ſed in aliis
qui ex vobis ſunt:& in Paulo, & in cæteris apoſtolis: confi-
dentes quia hi omnes qui non in vacuum cucurrerunt:ſed
in fide & iuſtitia : & ad debitum ſibi locum cum domino,
cui & compaſſi ſunt: abierunt : quia non hoc ſeculum dile-
xerunt:ſed eum qui pro ipſis & pro nobis mortuus eſt . & a
deo reſuſcitatus.In his ergo ſtate:& domini exemplar ſequi
mini:firmi in fide & immutabiles : fraternitatis amatores
diligentes inuicem in veritate ſociati: manſuetudinem do-
mini alterutri præſtantes, nullum deſpicientes. Cum po-
teſtis benefacere nolite differre : quia eleemoſyna de morte
liberat. Omnes vobis inuicẽ ſubiecti eſtote:cõuerſationem

veſtrã conſiderantes irrephenſibilẽ in gentibus vt ex bonis opibus veſtris: & vos laudẽ accipiatis: et dñs in vobis non blaſphemet. Veh aũt illi p quẽ nomẽ dñi blaſphematur. Sobrietatẽ ergo docete oẽs: i qua et vos cõuerſamini. Nimis cõtriſtat⁹ ſum ꝓ Valẽte: q pſbyter fact⁹ eſt aliqñ apud vos, ꝙ ſic ignoretis locũ q dat⁹ ẽ ei. Moneo itaqꝫ vos vt abſtineatis ab auaritia: et ſitis caſti veraces. Abſtinete ab oĩ malo. Qui aũt in his nõ pt ſe gubernare: quõ alii ꝓnũciat hoc: ſi qs nõ abſtinuerit ab auaritia ab idolatria cõinqnabit: et tãq̃ inter gẽtes iudicabit. Quis ignorat iudiciũ dñi: An neſcimus qa ſancti mũdũ iudicabũt: ſicut Paul⁹ docet. Ego aũt nihil tale ſenſi in vobis vel audiui: in quibus laborauit btũs Paulus q eſtis ĩ principio epiſtolę eius: de vobis & eñ gloriat in oĩbus eccleſiis: quæ deũ ſolæ tũc cognouerãt. Nos aũt nondũ noueram⁹. Valde ergo fratres cõtriſtor ꝓ illo et cõiuge eius q bus det dñs pœnitentiã veſtrã. Sobrii ergo eſtote et vos in hoc: et non ſicut inimicos tales exiſtimetis: ſed ſicut paſſibilia mẽbra: et errantia eos reuocate: vt oĩm veſtrũ corpus ſaluetis. hoc enim agẽtes: voſipſos ędificabitis. Cõfido eñ vos bene exercitatos eſſe in ſacris literis: et nihil vos latet (mihi autem non eſt cõceſſum modo) vt his ſcripturis dictum eſt. Iraſcimini et nolite peccare. Et ſol non occidat ſuper iracundiam veſtram. Beatus qui meminerit: qđ ego credo eſſe in vobis. Deus autem et pater domini noſtri Ieſu Chriſti: ipſe ſempiternus pontifex dei filius Chriſtus Ieſus ædificet vos in fide et veritate et omni manſuetudine et ſine iracundia et in patientia et in longanimitate et tolerantia et caſtitate: et det vobis ſortem et partem inter ſanctos ſuos: et nobis vobiſcum et in omnibus qui ſunt ſub cœlo qui credituri ſunt in dñm noſtrũ Ieſum Chriſtũ: et in ipſi⁹ patrẽ: qui reſuſcitauit eũ a mortuis. Pro oĩbus ſanctis orate. Orate etiã pro regibus et poteſtatibus et principibus: atqꝫ ꝓ perſequẽtibus et odientibus vos: et pro inimicis crucis vt fructus ve

ſter manifeſtus ſit in oībus vt ſitis in illo perfecti.Scripſiſtis mihi & vos & Ignatiꝰ: vt ſiquis vadit ad Syriā deferat lr̃as meas quas & dedero & vos ſi habuerimus tp̄s opportunū:ſiue ego ſeu legatus quē miſero pro vobis.Epl̃as ſane Ignatii quę trāſmiſſę ſunt vobis,habeo: & alias:quātaſcunqꝫ apud nos habuimus tranſmiſimus vobis:ſecundū ꝙ mandaſtis:q̃ ſunt ſubiectę huic epl̃æ.ex oībus em̄ vobis magnus erit profectus.Cōtinent em̄ fidē patientiā & omnē ędificationē ad dn̄m noſtrū pertinentē: & de ipſo Ignatio & de ipſis qui cū eo ſunt qđ certius agnoueritis ſignificate.Hęc vobis ſcripſi per Creſcentē quē in pręſentē diem cōmēdaui vobis & nūc cōmēdo.Cōuerſatus eſt nobiſcū inculpabiliter: credo quia vobiſcū ſimiliter. Sororē aūt eius habebitis cōmēdatam:cū venerit ad vos.Incolumes eſtote in domino Ieſu Chriſto in gratia cum omnibus veſtris.Amen.

Diui Dionyſii Areopagitę Epl̃a ad beatiſſimū Ioannem apl̃m & euangeliſtam. Iohanni Theologo & apoſtolo & euangeliſtę in Pathmos inſula relegato.

Epl̃a.

SAluto te ſacram animā dilectiſſime: & eſt mihi iſtud ad te p̄ multis peculiariꝰ.Exulta dilectiſſime veraciter ei(qui vere amabilis ac deſiderabilis & diligibilis ē)nimium dilecte.Quid mirum ſi Chriſtus vera loquitur et iniqui diſcipulos ciuitatibus pellunt?illi ipſi ſibi quæ merētur profecto tribuentes:dum a ſanctis ſceleſti dirimuntur atqꝫ recedunt: viſibilia veraciter:inuiſibilium manifeſte imagines ſunt. Neqꝫ enim in ſeculis futurus author erit deus iuſtarū ab ſe ſeparationum:ſed ii qui prorſus ſe a deo ſequeſtrarūt quemadmodum et alios cernimus hic iam dei conſortio et familiaritate beatos:qui cum ſint veritatis amatores:ab affectu omni materialium rerum longiſſime ſecedunt. Et in

omni libertate malorũ omniũ: & amore diuino bonorũ vni
uerſorũ pacẽ diligunt: & ſanctificationẽ atq; ex p̄ſenti vita
futurę primitias ſumũt.inter homines angelico more con=
uerſati:cũ omni trãqllitate animi ac denoĩatione dei & ſan
ctitate & virtutibus reliquis.Et te quidẽ(nõ adeo inſanus
ſum)vt arbitrer aliqd pati:immo & paſſiones corporis hac
tantum in parte ſentire credo vt eas ſolũ diiudices. Cęterũ
qui te iniuriis impetũt:& exilio relegare ſe euãgelii ſolẽ pu=
tant nõ recte:eos iure culpãs: cupio his omiſſis quę in ſeip=
ſos paragunt ad bonũ cõuertãtur:& te ad ſe attrahendo:fi=
ant participes luminis. Nos autẽ nulla ꝑcella:nulla aduerſi
tas priuabit Iohannis clariſſimo radio: id quidem conſecu
turos memoria ac renouatõe tuę veriſſimę Theologię.Poſt
paululũ vero(dicã em̃ & ſi audax dictu videatur)tibi cha=
riſſima ſocietate iũgemur.Ero autẽ prorſus dignior cui fi=
des habeat̄:ſi(quę tibi p̄cognita ſunt)q̃ ex deo didici hęc lo
quar:q; ſcilicet & ex pathmi cuſtodia dimittẽdus es liber:&
in aſiaticã terram reuerſurus.Illicq; perages boni dei imita
tiones:eaſq; poſteris trades.

Diui Dionyſii epiſtola ad ſapientem Polycarpum.

Dionyſius Ieſu Chriſti ſeruus:
Polycarpo epiſcopo.S.

NOn ſum mihi equidem conſcius aduer=
ſus græcos ſeu alios quoſlibet aliquando
dixiſſe.ſufficere enim arbitrabar bonis vi
ris:ſi id qđ verũ eſt ipſum in ſe ipõ vt ſeſe
habeat & ſcire & eloqui poſſent.Hoc em̃
quid ſit rite iuxta legẽ veritatis oſtẽſo:in
uiolabiliterq; cõſtãte:qđlibet qđ ſe aliter
habeat:& veritatẽ ſimulet arguet̄ aliudq; eſſe:q̃ id qđ vere
eſt:atq; oĩno diſſimile.Et qđ illud magis videat̄ eẽ q̃ ſit:dep̄
hendetur.Itaq; ſuperuacaneũ eſt veritatis p̄dicatorẽ: cõtra
hos:illoſue pugnare.Dicit em̃ vere q̄ſq; numiſma habere ſe

regiũ: & habet ille fortaſſis quandã (vt ita dixerim) parti-
culã fallacẽq; veritatis imaginẽ. Ac ſi quidẽ iſtud cõfutaue
ris: alius rurſum atq; alius eadẽ de re ptinaci intẽtiõe: con-
tẽdet. Porro ipſa veritatis ratiõe cõparata & rite firmiterq;
cõſtãte atq; ita vim ſuam preferẽte: vt a nullo prorſus ho-
minũ coargui poſſit: quicqd illud erit qđ in aliquo diſſideat
nec ſe ita in omnibus habeat: ipſum ex ſeipſo inſupabili ſta-
tui veritatis obiectum detegitur atq; proſternitur. Hoc
itaq; inſtituto rite (vt mihi videor): non aduerſus græ-
cos aut alios quoſlibet diſſerere ſtudui: ſed ſatis eſſe putaui
ſi mihi ex diuina largitate contingeret primum vt de ve-
ritate bene ſentirem: eamq; probe tenerem: tũ vt de ea quã
noſſem verba conuenienter facere poſſem. Tu autem aſſe-
ueras ſophiſtã Appollophanẽ in me intorquere maledicta
& parricidam appellare: vt qui gręcorũ dictis atq; ſentẽtiis
in eos ipſos parũ iuſte vtar. At qui nos contra verius obiice
re poſſemus: gręcos potius aduerſus diuina: diuinis vti in-
iuſtiſſime: ac nefario ſcelere per ſapiẽtiã dei diuinę religiõis
cultũ euacuare moliri. Neq; vero ego qcq̃ nũc de multitudi
nis opinione loquor: quę poetarũ fictionibus carnaliter (vt
ita dicam) & effectanter ac perlibenter inhęrens creaturæ
potius q̃ creatori famulatur. Verum & ipſe Appollopha-
nes: diuinis aduerſus diuina nefarie vtitur. Nam per hanc
rerũ ſcientiã quæ ab ipſo philoſophia rite noĩatur: & a Pau-
lo btiſſimo ſapiẽtia dei a ppellat̃: ad authorẽ oĩm & eiuſmo-
di quoq; ſcientię parentẽ oportebat viros philoſophos ſub-
uehi. Ac ne aliorũ q̃ ipſius opinionem contra inſtitutũ me-
um a veritate deuiare conuincam: ſcire atq; intelligere Ap
pollophanes debuit cum ſapiens ſit: nihil vnq̃ cęleſtis ordi-
nis ac motꝰ immutari vlla rõne potuiſſe: niſi authorẽ ſuũ a
quo & vt eſſet accepit: & cuiꝰ maieſtatis potẽtia cõtinet̃ in
hoc ſe incitantem habuiſſet: qui vt ſacra teſtantur ęlo-
quia facit omnia & transfert. Qua ergo ratione non colit

eum quem ex hoc quoq; cognouimus veraciter eſſe omniũ deum:admiraturq; ipſius ineffabilem inextimabilemq; vir tutẽ: per quã cuncta ſubſiſtunt.quando quidem ſol & luna per ſummam vim ſtatu omnino mirabili vna cum cœlo vt eſſent prorſus immobiles:ipſius imperio paruerunt.atq; ad diei totius menſuram in eiſdem ſignis omnia conſtiterunt. Erit autem profecto maius atq; mirabilius:ſi alia atq; etiam præſtantiora quę continent ita ferri:quæ vero continentur non ſimul acta memorentur. Et cum item alia quædam dies perpetuo lumine triplo ferme q̃ ſolet maior effecta eſt : & cœlum intra viginti horas,quem iam exegerat curſum retrogrediens repetit:digniſſimoq; miraculo contrariis orbitis tanta mora temporis retineat:ſol miro atq; inſolito curſu motum illum annuũ varia temporum dimenſione conſtantem intra decem horarum ſpatium contrahit : ipſumq; totum rurſus intra decem alias nouam quandam tenens ſemitam: conficit: hoc profecto miraculum Babylonios tunc merito terruit: & abſq; pugna Ezechię: vt qui deo putaretur æqualis ac mortalibus cæteris virtute præſtare:ſubiecit. Omitto quæ in Aegypto magnifice cõtigere:& alia quędam ſigna alibi diuinitus facta.Sola hæc memoro quæ communia ſunt:atq; cœleſtia & orbi toti atq; omnib⁹ nota . Sed forte dicturus Apollophanes eſt hęc vera non eſſe. Ac iſtud quidem Perſarum ſacerdotum monumentis reſeruata hiſtoria continet : magiq; nunc vſq; triplicis mitri id eſt ſolis memoriam celebrant. Verum liceat illi ſane his per ignorãtiam ſiue per hęſitationem fidem non accommodare. Age itaq; illum rurſus aggredere.Quid de illo qui tempore crucis dominicæ factus eſt ſolis defectu : dicturus es ? Eramus tunc ambo apud Heliopolim: amboq; ſimul incidentem mirabiliter ſoli lunæ globum notabamus.non enim eiuſce coniunctionis tunc aderat tempus.Ipſamq; rurſus ac hora nona ad veſperam ad ſolis diametrũ ſupra naturæ vires reſti-

rutam. In memoriam autem illius reuoca & aliud quiddã. nempe enim vt ipſe non ignorat, eam lunæ incidentiam ab oriente cœpiſſe & vſqꝫ ad ſolaris corporis finem perueniſſe ac tum demum reſiliſſe notauimus. Neqꝫ vero eadem exparte vt aſſolet: & incidentia illa & repurgatio facta eſt: ſed ex aduerſo diametri. Hæc ſunt quæ tunc temporis contigere naturam profecto ſuperantia ac ſoli Chriſto poſſibilia: qui auctor eſt omniũ facitqꝫ magna & ſtupẽda: quorum non eſt numerus. Iſta illi ſi licuerit dicto. Ea ſi potes Apollophanes argue. nempe enim præſens vna tecum affui vnaqꝫ aſpexi: ac diiudicaui omnia: dignaqꝫ ſum admiratione proſecutus. Deniqꝫ tunc neſcio quo afflatus ſpiritu ad diuinationem quoqꝫ prorupit Apollophanes: atqꝫ ad me conuerſus Hæc inquit O præclare Dionyſi diuinarum ſunt viciſſitudines rerum. Iſta interim quantum epiſtolarum patiebatur anguſtia dixiſſe ſufficiat. potes autem ipſe ea etiam ſupplere quæ deſunt: ac deo perfecte offerre hominem compluribus in rebus ſapientem. Fortaſſe non dedignabitur manſuete atqꝫ humiliter diſcere ſapientiſſimam religionis noſtræ veritatem.

¶ Epiſtola regis Abagari ad dominum noſtrum Ieſum Chriſtum

¶ Argumentum.

Totam Syriam aliaſqꝫ circũiectas terras: impleuerat prædicationis Chriſti ac miraculorum fama. Qua Abagarus Ediſſeniorum Toparcha (erat ea gens vltra Euphratem poſita) impulſus literas dedit ad Ieſum: in hanc ſententiam.

¶ Abagarus Vehanæ filius Toparcha Ieſu
¶ Saluatori bono qui in Hieroſolymorũ locis
apparuit, Salutem.

¶ Abagari ad Saluatorem omniū.

Auditū mihi eſt: & de te: & de ſanitatibus quas facis: ꝙ ſine medicamentis aut hærbis fiant iſta per te: & ꝙ verbo tantum cæcos facis videre: claudos ambulare: & leproſos mundas: & immundos ſpiritus & dæmonia eiicis: & eos qui longis ægritudinibus afflictantur curas & ſanas: mortuos quoqꝫ ſuſcitas. Quibus omnibus auditis: id ſtatui in animo meo vnū eſſe de duobus aut quia tu ſis deus & deſcēderis de cœlo vt hæc facias: aut ꝙ filius dei ſis: qui hæc facis. Propterea ego ſcribens rogauerim te: vt digneris vſqꝫ ad me fatigari & ægritudinem meam qua iam diu laboro curare. Nam illud comperio ꝙ Iudæi murmurant aduerſum te: & volunt tibi inſidiari. Eſt autem ciuitas mihi: parua quidem ſed honeſta: quæ ſufficiat vtriſqꝫ.

Et hęc ille. Cui Ieſus per Ananiam curſorem qui literas attulerat: in hunc modum reſpondit.

¶ Epiſtola domini noſtri Ieſu Chriſti reſponſiua, per ¶ Ananiam curſorem perlata.

¶ Beatus es qui credidiſti in me: quū me nō videris. Scriptū eſt enim de me: quia ii qui me vident non credent in me: & qui nō vident me: in me ipſi credent & viuēt. De eo autē ꝙ ſcripſiſti mihi vt veniam ad te: oportet me omnia propter quæ miſſus ſum hic explere: & poſteaq̄ impleuero recipi me ab eo a quo miſſus ſum. Quum ergo fuero aſſumptus: mittam tibi aliquem ex diſcipulis meis vt curet ægritudinem tuam: & vitam tibi & iis qui ſunt tecum pręſtet.

¶ Finis Epiſtolæ Ieſu Saluatoris.

Haec ne quis commētitia arbitretur: in publicis ſe archiuis inueniſſe ait Euſebius Ediſſenæ: vbi Abagarus ea regnauit tempeſtate: his chartis notata: quæ ipſius regis geſta cōtinerent: factaq; ad verbum ex Syris Græca: his commentarijs ſunt ab eo inſerta: quos de euangelica præparatione inſcripſit: in quibus nihil ſum ipſe mutare auſus: vt integer in vtraq; epiſtola maneret ſenſus: & verborum ordo. Tatheus ex. lxxij. diſcipulis vnꝰ ad Abagarum miſſus eſt: cuius prædicatione & miraculis: rex & multi cum eo ſunt verę fidei cultum complexi. Inde a rege diſceſſurus: quum aurum ſibi daretur repudiaſſe fertur: hecq; ſubieciſſe: ſi noſtra relinquimus: quomodo accipimus aliena? Sed hæc aliquanto poſt q̄ Chriſtus paſſus eſt: ſunt apud Ediſſenios facta: quorum ciuitas Chriſtiani nominis ſtudioſiſſima gloriari ſit ſolita: q̄ vt idē author ſcribit: Saluatoris humani generis: ad ſe miſſam haberet epiſtolam.

¶ Finis Epiſtolarum ſanctiſſimorum immo & ſancti ſanctorum: collectarum & partim illuſtratarū opera & induſtria doctiſſimi & clariſſimi domini Symphoriani Champerii Lugduneñ. medici & a ſecretis illuſtriſſimi Lotharingorum & Barri ducis: Impreſſarum autem Prelo Aſcenſiano ad. IIII. Idus Martias. MDXVI. Calculo Romano.

Vita beati Antonij monachi

ægyptii a beato Athanaſio Alexandrinæ urbis epiſcopo. græco conſcripta eloquio, & a ſancto Euagrio preſbytero Anthiochiæ inde cõſtituto epiſcopo in latinã linguã q̃ ele gantiſſime traducta.

HVIC SVBIICITVR VITA BEATI PAVLI PRIMI & precipui eremi cultoris. elegãtiſſime a Diuo Hierony- mo preſbytero conſcripta.

HIERONYMVS DE ATHANASIO: IN EO LI- bro quẽ de uiris illuſtribus edidit: ſic ſcribit.

¶ Athanaſius Alexãdrinæ urbis epiſcopus. Multas Arria norũ ꝑpeſſus inſidias ad Conſtantẽ Galliarũ principẽ fu- git. Vnde Reuerſus cũ litteris, & rurſum poſt mortẽ eius fugatus, uſq; ad Iouiniani imperiũ latuit: a quo recepta ec cleſia ſub Valente morit̃. Feruntur eius aduerſum Gentes duo lib. i. Et cõtra Valentẽ unus. Et de uirginitate. Et per ſecutionibus Arrianorũ plurimi. Et de pſalmorũ titulis. Et hyſtoria Antonii Monachi uitã continens. Et cartaſti cæ ep̃le. id eſt caſtigatiões ſolemnes. Et multa alia que enu merare longum eſt.

IDEM DE ANTONIO.

¶ Antonius monachus cuius uitam Athanaſius Alexan drinæ urbis epiſcopus inſigni uolumine proſecutus eſt, mi ſit ægyptiace ad diuerſa monaſteria, apoſtolici ſmonis ſen ſuſq; epiſtolas ſeptẽ, que in grecã linguã trãſlatæ ſunt: qua rum precipua ad Arſenotas. Floruit Conſtantino & filiis eius regnantibus.

IDEM DE EVAGRIO.

¶ Euagrius acris & feruẽtis ingenii: cũ adhuc eſſet preſ byter diuerſarum hypotheſeon tractatus mihi legit. quos necdum edidit Vitam quoq; beati Antonii de greco Atha naſii in ſermonem noſtrum tranſtulit.

¶ REVERENDO IN CHRISTO PATRI DOMI- no Andreæ de Venraidt Decretorũ doctori Sancte Sedis Apoſtolicæ Prothonatario. atq; Eccleſiæ Diui Cuniberti Colonienſis Prepoſito. Iacobus Sobius Agrip. S. D.

MVltum intereſſe. in quæ quiſq; tẽpora inciderit recte putauit antiquitas. Quapropter Platonem illum phi- loſophorũ deum. ſepe gloriatũ fuiſſe accipimus. q̃ & Athe nis. & Socratis tẽporibus. ſibi ut naſceretur Dii dediſſent. In urbe uidelicet oĩm ſcientiarũ inuentrice. atq; eo florente preceptore. qui Apollinis oraculo oĩm mortalium ſapien tiſſimus iudicatus eſſet. Sane iniuria tẽporũ. preceptorũq; Inopia ingentium malorum & fuit & erit ſemper cauſa. Va riis etenim Populis. atq; Barbaris nationibus Italiã ingru entibus. non tam imperiũ ipſum Populi Romani princi- pis orbis terrarũ: q̃ lingua longe lateq; cum imperio. in om nes diffuſa prouintias. q̃q; preclariſſima. preſtantiſſimorũ diis ſimilium uirorum. ingenia atq; monimẽta. tot uigiliis. tot lucubrationibus. tot ineſtimabilibus enixa in mortali um uſum ſudoribus. oppreſſa atq; deleta ſunt miſerrime. Heu heu. adeo parũ erat. imperiũ poſt dei ĩmortalis opes maximũ Romano eripere poplo. linguam togatorũ hero um ſanguine late promotam extirpare. uictorum ſine ulla clementia cruore pollui. Quin in hos quoq; innoxios. iner mes. mutos. mortuoſq; magiſtros. hoc eſt doctorum hoĩm codices. impio furore. cæca rabie. crudelia cõuerterent ar- ma. Quam multi Deus ĩmortalis ita interierunt libri. ĩmo uero quos non libros ſed Theſauros eſſe oportere Domi tius Piſo auctore Plinio dixit. Quot egregii grãmatici. quot preclari Rhetores. quorũ & Tranquillus & Cicero in Bru to elegantiſſime meminerũt. Quot preſtantes philoſophi. quot deniq; diuini poete. quorũ & nomĩa & iudicia. diligen

ti ſtudio apud grecos Laertius. Zeno Cythicus. & Areſtote les. Apud nos M. Varro. & Vulcatius Sedigitus. Poſtremo noſtra fere ætate Petrus Crinitus proſecuti ſũt. Taceo pre terea diuerſi generis auctores & Grecos & latinos. Taceo hyſtoricos. Preſertim iacturam T. Liuii unius oĩm mortali um iuditio digni. cuius inuicto calamo lacteo eloquentiæ fonte manante. inuicti populi Romani res geſtæ cõſcribe rentur. Sed quid hec ego cõmemoro. acſi non alia ex parte longe maiora. grauioraq̧ paſſi ſimus detrimenta. Ethnico rum gentiliũq̧ litteris facilius carere potuiſſemus. quippe minus ad Chriſti Ieſu amorem. animarũq̧ ſaluté cõducen tibus. Sed queſo ubi illi manſerũt. quo reciderũt? qui ſimul cum ſumma eruditione & eloquentia Chriſti quoq̧ amorẽ apud poſteros libris teſtati ſũt. quiq̧ eccleſiæ hortũ fructu oſiſſimis arboribus uariorum pomorũ genere exornarũt. Quorũq̧ in Cathalogo & Hiernoymus & Gennadius Maſ ſilienſis meminerunt. Horum iam prochdolor maior pars nedum ex monimentis. ſed ex nominibus quoq̧ incognita eſt. Quid huic dãno cõpenſabimus? quo hanc iacturã reſar tiemus? O tẽpus edax rerũ. recte de eo nec min⁹ lepide gre corũ fert ſententia.

ob hanc igitur ſolum cauſam ¶ id eſt Saturnus tẽpo ris typum gerens filios proprios deuorare fingitur. Acceſ ſit ad hoc ſupcilioſum quoddã hoĩm genus. quod omniũ ſi bi ſciam. iuditiũq̧ uẽdicat. atq̧ hoc etiam in cauſa eſt quare Theologorũ illi uetuſtiſſimi p̃clariſſimiq̧ ſint deꝑditi. q̃m hii ſuæ nõ ſint farinæ. neq̧ ſuo hoc ẽ barbaro & ſupſtitioſo more locuti Ideoq̧ ſupprimũt. q̃m nõ intelligũt. uerẽturq̧ ne ſi q̃n in lucẽ ꝓdierĩt. nihil p̃ter uanos ſyllogiſmorũ no dos cõnectere. iepte & id quidẽ ſcire uideant̃. nec eſſe eius cuius ſe ꝓfitẽtur ꝓfeſſionis. Hoc pacto undiq̧ uenerãdi iſti Theologi. Sãcti ꝯfeſſores. Sãcti chriſti martyres uelut ancipi

ti procella & longæ uetuſtatis & hoīm iniuria oppugnati oppreſſiq; ſunt.nō certe alio q̃ munifice apes modo. que uariis hoſtibus.uariiſq; caſib⁹ ſunt expoſite & obnoxie. Veſpis.ſc; & Crabronibus eiuſdē generis. Mulionibus.deinde.hyrūdinibus. Ranis. Rubetis. Variis preterea morbis. & quota portione earū Plinio commemorata? Non hanc diſcriminis aleam Reuerēde Pater ſāctiſſim⁹ noſter Athanaſius ſubterfugere potuit. quin & ipſe quoq; uetuſtatis ſitu.hominūq; ignauia cōtra fœliciſſimū noīs ſui omen alio qui īmortalis.mortuus ſit effectus Nec obſtitit quo minus periret Diuini Hieronymi auctoritas.qua iuſſit eius opera ſimul cū Cypriani opuſculus Hylariiq; libris ſemp in manibus habenda. inoffenſoq; currēda pede.qm̄ in his pietas fidei non uacillet. Scripſit aūt uir ille infinita prope greco eloquio opuſcula.que in manus noſtras nondū uenerunt Niſi forſan in unius doctiſſimi Capnionis locupletiſſimā ac plaue regiam bybliothecā.is em̄ ſupioribus diebus eiuſdem diuinū libellū de Pſalmorū titulis in noſtrā linguā ad oīm ſtudioſorū Chriſtianorū utilitatē.germanorūq; ſi ferre poſſent laudē.fœliciter ↄuertit. plura editurus ſi p otiū uenerabile ſeniū tranſigere licebit Alium quoq; eius librū non minus inſignem q̃ admirabilem de uita & obitu admirandi Antonii monachi Sanctus Euagrius preſbyter in latinū tranſtulit ſermonē. Hunc librum cū diu deſideraſſem tandē non ſine numine diuī in tuo pater Reuerende collegio.pulcherrimis exaratū characteribus.inueni. eius igitur mihi per dominū Petrum Huls Canonicū & Scholaſticum copia facta. Primū ut tranſcriberetur curaui. Deinde Calchographo ad excudendū. his quos uides typis. dedi. Egrediatur igitur rurſus in lucem Pater Reuerēde tuo nomine.beatiſſimus diu ſupreſſus Athanaſius Egrediať Antonius hoſtibus ſuis terribilis,tibi ob hoc placatior, Egre-

diatur Euagrius inſignis operis tranſlator. Te nouum uiri ſanctiſſimi accipiant preconem. nouũ defenſorem a ſe geſtorum operum, & eum quidem dignum, quippe qui ei preſideas templo. ubi ueneranda Antonii cum mento barba ſolennibus choruſcat miraculis. Siquidem ſingulis annis ſtatuto tempore. quãdo ſcilicet uenerabili ſacramento. ceteriſq; ſanctorum reliquiis: Diui Cuniberti Archiepiſcopi luſtrat̃ prhochia. uerũ (ut ferũt) & ml'tis mortalibus uiſum emittit ſudorẽ grãde profecto miraculũ, aridum iã tot annis mentum. ſiccoſq; ſua ſponte crines liquorem emittere Huic tu eccleſiæ non ſolum prees ſed etiam prodes eamq; munificentiſſime exornas egregiis & uere regalibus ſtructuris. Ingenti preterea argenteorũ uaſorum ui. qua inreprudens tuus intelligitur animus. q; ea uiuẽs in dei elargiris honorem, quorũ poſt mortem haudquaq̃ habebis poteſtatem. Accipe igitur hoc quantulũcunq; eſt munus, neq; tamen exiguũ ſi uel donũ ipſum hoc eſt Athanaſii de uita Antonii hyſtoriam qui nihil humile ſcripſit. uel dantis animum: ubi nihil prorſus parui inuenies, aſpitias. Vale fœliciter Coloniæ Ex Diatriba noſtra Corneliana que ſe totã tuæ Paternati cõmendat Decimoquinto Calendas Martii Anno Salutis, M.ccccc.xvi.

PETRI HOMPHAEI COCHEMEN, IN VITAM diui Antonii Sapphicon.

Pabulum blattis erat hic libellus.
Noxias pauit tineas, tenebris
Obſitus, ſquallens. Latitabat atris,
Carcere preſſus.

Sed modo erepſit. nitidaſq; ad auras
Proſilit. uitæ monumenta diui
Monſtrat Antoni pia. conſecrata
Numinis igne.

Calle uirtutis gradier docebit.
Reddet exemplar tibi contuendũ
Optimũ uitæ. atq; iter inſequendũ.
Inde beabit.

Perditur luxus petulans. & aptus
Diſcitur uitæ modus. aduolantes
Clanculum peſtes reſecat. retũdit
Obuia tela.

Tela, quæ noſtrũ quaterent inerme
Pectus. e caſtris ſtygio retorta
Marte confuſis. caro quæq; fundit
Telaq; mũdus.

PROLOGVS.

INCIPIT PRAEFATIO EVAGRII presbyteri in uitam ſancti Antonii Monachi

Presbyter Euagrius Carino filio in chriſto S.

EX alia in aliam linguam ad uerbum expreſſa tranſlatio ſenſum operit: ueluti lætum gramē ſata ſtrangulat. Dum enim caſibus ac figuris ſeruit oratio. quod breui poterat indicare ſermone, lōgo ambitu circumacta uix explicat. Hoc igitur ergo uitans ita beatum Antonium te petente tranſpoſui; ut nihil deſit ex ſenſu. cum aliquid deſit ex uerbis: Alii ſyllabas aucupentur & litteras: tu quære ſententiam:

Explicit Prefatio. Sequit̃ Prologus.

INCIPIT PROLOGVS SANcti Athanaſii Epiſcopi in uitam S. Antonii monachi.

OPtimū fratres iniſtis certamen: aut æquare Egypti monachos: aut ſuperare nitentes uirtutis inſtantia. Etem̄ iam apud uos plurima ſunt monaſteria: monachorum quoq; nomen eſt celebre: & hanc uoluntatem iuſte quiſq; mirabitur: orantibus quoq; uobis optatum deus tribuet effectum. Quoniam ergo exegiſtis a me: ut uobis ſcriberem de conuerſatione ſancti Antonii uolentibus diſcere quemadmodū cæperit: quodue fuerit ante ſanctum propoſitum: qualem etiā terminum habuerit uitæ: & ſi uera ſunt ea quæ de eo fama diſperſit; ut ad eius æmulationē

atq; exemplum: uos inſtituere poſſitis magna cum lætitia: ſuſcœpi ueſtræ charitatis imperium: Mihi enim ingens lucrum eſt, atq; utilitas, hoc ipſum quod recordor Antonii: & uos cum admiratione audiētes ſcio eius propoſitum cupere ſectari. Perfecta eſt ſiquidem ad uirtutem uia Antonium ſcire quid fuerit. Ergo ut breuiter dicam, & omnibus que de eo referentiū ſermo iactauit credite: & minima uos æſtimate audiſſe de maximis. Quia non ambigo nō eos omnia potuiſſe cognoſcere: cum ego rogatus a uobis: quantacunq; per epiſtolam ſignificauero non equalis ſim meriti narraturus. Sed & uos omnes hinc nauigantes ſtudioſe percuntamini: quo ſingulis quæ norunt referentibus cōgrua dignaq; tanti nominis relatio compleatur. Diſponebam itaq; poſt lectionem litterarum ueſtrarum aliquos ad me monachos inuitare: et maxime eos qui crebro ad eum ire conſueuerant: ut plenius aliquid addiſcēs munera maiora uobis tranſmitterem. Sed quoniam & nauigationis tēpora labebantur: & litterarum portitor uehementiſſime feſtinabat ideo quæ et ipſe noueram (frequenter enim eum uiſitaui & quæ ab eo didici qui ad præbendam ei aquā non paruum teporis cum eo fecit) dilectioni ueſtre indicare ꝓperaui: utrobiq; curam ueritatis habens ut neq; plus aliquis audiens miraculorū congeſtioni non credat: nec rurſum meritis eius inferiora cognoſcens non putet dignum eſſe miraculo pro tanti nominis uiro:.

Explicit Prologus.

Incipit vita Sancti Antonii Monachi ab Athanaſio epiſcopo ædita.

EGITVR ANTONIVS NOBILIBVS RELIGIOſiſq̧ parentibus ab Egypto fuit. tanta nutritus ſuorum cura: ut nihil aliud præter parentes domūq̧ cognoſceret. Et cū iam puer eſſet nō ſe litteris erudiri: nō ineptis infantiū iungi paſſus eſt fabulis. ſed omni deſiderio flagrās (ſm quod ſcriptū eſt) innocēter habitabat domū. Ad eccleſiam quoq̄ cum parentibus ſæpe cōueniens nec infantum laſciuias: nec puerorū negligentiā ſectabatur: ſed tantum que legebant auſcultans utilitatem præceptorū uitæ inſtitutione ſeruabat. Non ſuis (ut ſolet illa ætas) pro uariis delicatiſq̧ cibis unquam tædio fuit. non eſcæ mollioris blandimenta ſectatus eſt: iis ſolū quæ dabatur ei contentus: nihil amplius requiſiuit. Poſt mortē autē parentū amborum annorū circiter. x. & octo ſeu. xx. cū ſorore admodū paruula derelictus: & domus & ſororis honeſtam curā gerebat. Necdū uero ſex fluxerant menſes quibus ad eccleſiā ut aſſolet accurrens recordabat: quomō et apoſtoli omnibus ſpretis ſecuti fuiſſent ſaluatorem: & multi in actibus Apoſtolorū facultatibus ſuis uenditis: precia ad pedes eorū detuliſſent egentibus parcienda: quæ uel quanta ſpes hiſdē repoſita eſſet in cœlis. Talia ſecum reuoluens intrauit in eccleſiam: et accidit ut tunc euangeliū legeret in quo dominus dicit ad diuitē. Si uis perfectus eſſe uade & uende omīa quæ habes: et da pauperibus: et ueni ſequere me: & habebis theſaurū in cœlo. Quo audito quaſi diuinitus hmōi ante memoriā concepiſſet: & ueluti propter ſe hec eſſet ſcriptura recitata: ad ſe dominicū traxit īperiū: ſtatimq̧ regreſſus poſſeſſionem quā habebat (a rure autē erant trecēti iugeres & ualde optimi) uicinis largitus eſt; ne in aliquo aut

ſibi aut ſorori moleſtia gigneretur. Cetera uero quæ ī mobilibus poſſidebat uniuerſa uendidit: & aggregato nō exiguo prȩcio indigentibus dedit: paruis tamē ob ſororē reſeruatis: quæ & ſexu et ætate uidebat̄ infirmior. Rurſus autem ad eccleſiam ingreſſus cū audiſſet dominū in euangelio dicentē. Nolite cogitare de craſtino: reliquā quoq; portionē pauperibus diſtribuit. Neq; ſe uerſari paſſus eſt domi: ſed ſorore fidelibus ac notis uirginibus cōmendata: ut catū nutriretur exemplo: ipſe iam oībus ſeculi uinculis liberatus aſperū atq; arduū arripuit inſtitutū. Necdum aūt tā crebra erant monaſteria in Egypto: neq; oīno auiā ſolitudinē quiſq̄ nouerat: & quicūq; in Chriſti ſeruitute ſibimet prodeſſe cupiebant: haud procul a ſuā uillula inſtituebant̄. Erat ergo in agello uicino ſenex quidā uitam ſolitariam a prima ſectatus ætate. Hunc Antonius æmulatus ē ad bonū: & primo quidē incipiens etiā ipē in locis paulum a uilla remotioribus manebat. Exinde autē ſiquē uigilantē in hoc ſtudio ꝓperiret procedēs querebat: ut apes prudētiſſima: nec ad habitaculum ſuū ante remeabat: niſi ei⁹ quē cupiebat frueretur aſpectibus: & ſic tanq̄ munere mellis accepto abibat ad ſua: Tali ibidē inſtitutus exordio: cū p dies ſingulos ita animū roboraret: ut nec opū paternarū nec ſuorū meminiſſet affiniū: omne etiā deſideriū & ſollicitudinē erga id quod cœperat exerceret. Opabat̄ manib⁹ ſuis ſciens ſcriptū eſſe: qui nō opat̄ nec manducet. Mercedē ſane opis ſui: præcio panis excepto: æḡetibus largiebat̄. Orabat frequēter: quippe qui didicerat quod oporteret ſine intermiſſione dominū rogari. Auditioni etiā ſcripturarū ita ſtudiū accōmodabat: ut nihil ex eius animo laberet̄: ſed uniuerſa præcepta dn̄i cuſtodiens memoriā ꝓ libris haberet. Sic ſuā uitam inſtituens: ab uniuerſis fratribus puro diligebatur affectu: & omnibus ad quos pergebat obediens proprias

ſingulorum gratias hauriebat. Huius continentiam: illius iocunditatem ſectabatur: Iſtius lenitatem: illius uigilantiã alterius legendi æmulabatur induſtriam: iſtum ieiunantẽ: illum humi quieſcentem mirabatur: Alterius patientiam: alterius manſuetudinem prædicabat: Omnium quoq; uicariam erga ſe retinens charitatem atq; uniuerſis uirtutum partibus irrigatus ad ſedem propriam reuertebatur: ibi ſecum uniuerſa pertractans omnium in ſe bona nitebatur exprimere: Neq; enim aduerſus coæuos aliquando mouebatur: ſed ea tantummodo flamma egregio uiro creſcebat in pectore: ne ſecundus cuiquam in prædictis operibus inueniretur. Et hec ita faciebat ut cum omnes gloria anteiret: omnibus tamen charus eſſet: Nam & uicini & monachi ad quos ſæpe ueniebat: Antonium uidentes: deicolã nũcupabant: indultiſque naturæ uocabulis quidam ut filiũ alii ut patrem diligebant: Dum hec gerebat Antonius quibus omniũ in ſe prouocabat affectum: inimicus nominis Chriſtiani diabolus impatienter ferens tãtas in adoleſcente uirtutes: ueteranis cum aggreſſus eſt fraudibus: & primo quidem temptans ſi quo modo poſſet ab arrepto eum inſtituto detrahere: imittebat ei memoriaʒ poſſeſſionum: ſororis defenſionem: generis nobilitatem: amorem rerum: fluxam ſeculi gloriam: æſce uariam delectationem: & reliqua uitæ remiſſioris blandimenta: poſtremo uirtutis arduum finem, & maximum perueniendi laborem: necnon corporis fragilitatem: et ætatis prolixa prorſus maxima ei cogitationum calignem ſuſcitauit: Poſtquã autem orationibus eius ad dominũ effuſis: per paſſionis fidem ſe intellexit elidi: conſueta aduerſum omnes adoleſcentes arma arripiens: nocturnis eum inquietabat illecebris: per dies etiam tam apertis ad eum telis irruebat: ut nullus

ambigeret quin Antonius contra diabolũ dimicaret. Nam & ille cogitationes ſordidas conabaẗ inſerere: & hic orationibus eas amouebat. At dum ille titillabat ſenſus naturali carnis ardore: hic fide ac ieiuniis corpus omne uallabat. Ille pernoctes in pulchras mulieres uertebat ornatũ: nulla omittentes figmenta laſciuiæ: hic ultricis gehennæ flãmas: & dolorem uermiũ recordans cogitationi libidinum obiiciebat. Ille adoleſcẽtie lubricũ iter ad ruinã facile proponebat: hic eterna iudicii futuri tormenta conſiderans: illæſam animi puritatẽ per temptamẽta ſeruabat. Iſta autẽ omnia ad cõfuſionẽ diaboli fiebant. Qui em̃ ſimilem ſe deo fieri poſſe exiſtimabat: nunc ab adoleſcente ut miſerrim⁹ deludebatur. & qui cõtra carnẽ & ſanguinẽ gloriabatur cũ magna exultatione: ab homine carnẽ geſtante ſuperabaẗ. Adiuuabat em̃ ſeruũ ſuũ dominus: qui noſtri gratia carnẽ ſuſcipiens uictoriam corpori cõtra diabolũ largitus eſt: ut ſingulis ita certantibus apoſtolicũ liceret proferre ſermonem: non ego ſed gratia dei quæ mecũ eſt. Ad poſtremũ cũ nec hoc argumento deſtituere poſſet Antoniũ draco deterrimus: & uideret ſe ſemp ab eius cogitatiõibus repelli: ſm ꝙ ſcriptũ eſt ſtridens dentibus et ululans: qualis eſt merito: talis apparebat & vultu: puer horridus atq niger ad ei⁹ ſe genua prouoluẽs humana uoce deflebat dicẽs: Multos ſeduxi: plurimos decepi: nũc autẽ ut a cæteris ſanctis ita & tuo ſum labore ſuperatus. Quem cũ interrogaret Antonius quiſnam eſſet qui talia loqueretur. ait. Ego ſum fornicationis amicus: ego multimoda aduerſus omnes adoleſcẽtes turpitudinis arma ſuſcæpi. exinde ſpiritus fornicatiõis uocor. Quãtos pudice uiuere diſponẽtes fefelli: Quod tenuiter incipientes ad ſordes priſtinas redire perſuaſi: Ego ſum propter quẽ propheta lapſos increpat dicens: Spiritu fornicationis ſeducti eſtis: Et re uera. per me em̃ & illi fue-

rant ſupplantati: ego qui teipſum ſæpe tẽptaui & ſemp̃ repulſus ſum. Cũ hoc chriſti miles audiſſet gratias agẽs deo et largiori aduerſus inimicũ confortatus audacia: ait Multum ergo deſpectibilis es multũq; contẽptibilis: Nam & obſcuritas tua: et ætas infirmarũ ſigna ſunt rerũ Nulla mihi de te iam cura eſt: Dominus mihi adiutor eſt: & ego exultabo ſup inimicos meos: Et ſtatim ad uocẽ cantãtis phantaſma quod uidebatur euanuit. Hec aũt Antonio cõtra diabolum fuit prima uictoria: imo uirtus in Antonio ſaluatoris qui peccatũ in carne condẽpnauit: ut iuſtificatio legis in nobis cõpleret̃ qui nõ ſm carnẽ ambulamus ſed ſm ſpiritum. Sed neq; Antonio dedit ſecuritatẽ hic unus triumphus: nec diabolo defecere ſemel fracte uires: Nã et iſte ut leo rugiens quærebat aditũ p quẽ poſſit irrũpere: & ille ſcripturarũ doct⁹ eloquio multas eſſe demonũ deceptiones: ſollerti propoſitũ labore ſeruabat: cõſiderans qꝫ poſſit ſathanas in carnis colluctatione ſuperatus nouarũ artiũ aduerſus eũ machinas cõmouere: Idcirco magis ac magis ſubiugabat corpus ſuũ: ne uictor aliorũ in aliis uinceret̃. Diſponẽs ergo duriori ſe lege uitæ cõſtringere: cũ oẽs infatigabilem adoleſcẽtis mirarent̃ inſtantiã: ſanctũ tollerãter ferebat laborẽ: quia uolũtariæ ſeruitutis lõngũ in dei ope ſtudiũ conſuetudine in naturã uertebat. Inediæ autẽ & uigiliarũ intantũ patiẽs erat: ut credulitatẽ uiribus uinceret: Pernoctabat in oratiõibus ſæpiſſime. Edebat in die ſemel poſt ſolis occaſum: nõnunq̃ bidui triduiq; ſic p̃manẽs quarta demũ die reficiebat̃. Sumebat uero panẽ & ſalẽ potũq; aquæ perparũ. De carnibus uero & uino reticere melius puto q̃ quicquã dicere: qñ nec apud plurimos quidẽ monachorum iſtiuſmodi aliquid repiatur. Quieti autẽ mẽbra cõcedens iunco cõtexto & cilicio utebat̃. Aliquotiẽs etiam ſup nudã humũ iacebat: unguẽta penitus repudiãs cũdice

ret minimæ poſſe utētium & præcipue iuuenū corpora ro borari: niſi olei eſſent lenitate mollita: oportere ecōtra rio aſperos carni labores imperari ſm apoſtoli preceptū dicētis. Quādo infirmus: tunc fortior ſum. Aſſerebat ſenſum animi ſic poſſe reuiuiſcere: ſi corpis impetus fuiſſent fatigati. unde nec tēporū longitudine laborū merita penſabit: ſed amore & famulatu ſpontaneo: ſemp tanq̄ in principiis cōſtitutus ad pfectū diuini mætus deſideriū concitabat: nouiſq; cupiēs augere præterita: ſupradicti doctoris ſermonū recordabaṫ: qui ait præterita obliuiſcēs & in futurum cōualeſcēs. Meminerit quoq; Heliæ prophetæ dicentis. Viuit dn̄s cui aſto hodie ante ipſum: & diſſerebat cur hodie eſſet appoſitū: q: nō cōputabat Helias præteritū tēpus. Sed tanq̄ quottidie in certamine cōſtitutus talē ſe cupiebat præbere qualē ſciebat dignū dei eſſe cōſpectibus: purū corde & paratū obedire uoluntati eius. Igiṫ ſecū reputās oportere famulū ex inſtituto magni Heliæ exēplū capere: & ad illud ſpeculū uitā ſuā debere cōponere: cū ad ſepulchra nō lōge a uilla ↄſtituta iter feciſſet. uni de cognitis mādās ut ſtatutis diebus ſibi alimēta deferret. Et cū in ima memoria ſupradictus frater eū clauſiſſet: ſolus ibidē morabaṫ. Metuens ergo diabolus ne acceſſu tēporis eremū quoq; habitari faceret: ita eū aggregatis ſatellitibus ſuis uaria cæde lacerauit: ut doloris magnitudo: & motū auferret & uocē. Nam et poſtea referebat vulnera fuiſſe tam grauia: ut uniuerſa hoīm tormenta ſuperarēt. Sed dei prouidētia quenunq̄ in ſe ſperātibus deeſt cōſeruabat Antoniū. Alio die is quē ſupra diximꝰ frater aduenir cibos deferēs aſſuetos: inuenitq; eum ↄfractis foribus in terra iacere quaſi mortuū: & humeris impoſitū ad uillulæ domiciliū deportauit. Quo audito ingens uicinorū atq; affinium multitudo concurrēs triſte in medio poſiti funeris reddebaṫ officium. Et iam media no

ctis parte tranſgreſſa: grauis peruigiles omniũ oculos ulce rat ſopor. cũ Antonius anima paululum redeũte ſuſpirãs eleuauit caput. Et poſtq̃ cæterĩ alta quiete proſtratis eum a quo delatus fuerat uigilare cõſpexit: nutu aduocãs obſe crauit ut nullo penit⁹ excitato: ad priſtinũ referret habita culũ. Relatus ergo iuxta morẽ ſolus iterũ pmanebat. & ſta re quidẽ propter recẽtes plagas nõ poterat: orãs uero p ſtratus: poſt orationẽ clara uoce dicebat. Ecce ego hic ſum Antonius: nõ fugio ueſtra certamina etiãſi maiora faciatis nullus me ſeparabit a charitati chriſti. Pſallebatq; dicẽs. Si cõſtiterint aduerſuz me caſtra nõ timebit cor meũ. Talia eo dicente: bonorũ hoſtis diabolus admiratus q̃ poſt tot uer bera auſus fuiſſet reuerti. cõgregatis canibus ſuis: & pprio cruore ſe lanians: uidetis ait: qm̃ neq; ſpiritu fornicatõnis nec corporis doloribus ſuperatus: inſuper audacter laceſſit uos? Omnia arma arripire: acrius nobis impugnãdus eſt: debet ſcire quos prouocet. Dixit: & adhortantis uocem au dientium turba conſenſit: quia innumeras habet diabolus artes nocẽdi. Sonitus ergo repentinus increpuit: ita ut lo co funditus agitato: & parietibus patefactis multifaria dæ monum turba exinde ſe effunderet. Nam & beſtiarũ & ſer pentium formas induentes omnem protinus locum reple uere. phantaſias leonum: taurorum: luporum: aſpidum: ſerpentium: ſcorpionum: necnon & pardorum atq; urſo rum. Et hec ſingula ſm ſuam naturam & formam freme bant. Rugiebat leo occidere uolens: taurus mugitu & cor nibus minabatur: ſerpens ſibilum perſonabat: luporum impetus immittebãtur: pardus diſcolor a tergo auctoris ſui calliditates uarias indicabat: truces omnium uultus: & uoces horridæ: dirus auditus. ANTONIVS FLAGEL LATVS atq; confoſſus ſentiebat quidem aſperiores dolo res corporis: ſed interius durabat mente peruigili:

et licet gemitum vulnera exprimerēt: ſenſu tamē idem per manēs quaſi de inimicis luderet loquebaẗ. Si uiriū aliquid haberetis ſufficeret unus ex uobis ad preliū. Sed quia dño uos eneruante frangimini: multi tēptatis inferre terrores cū hocipſum infirmitatis indiciū ſit: quod irrōnabiliū formas induitis beſtiarū. Rurſuſq; cōfidēs aiebat. Si quid ualetis: & ſi uobis in me dñs poteſtatē dedit: ecce pſto ſum deuorate cōceſſum. Sin uero nō poteſtis cur fruſtra nitimini? ſignū eñ nobis crucis & fides ad dñm inexpugnabilis murus eſt. Multa contra eū minitantes fremebant dentibus ſuis: q nullus temptamenta ſequereẗ effectus: ſed maxime ecōtrario gignereẗ eluſio. Nō oblitus Ieſus collucṫationē ſerui ſui: eidē factus eſt protector. Deniq; cū eleuaret oculos: deſup uidit culmē aperiri: et deductis tenebris radiū ad ſe lucis influere. Poſt huius ſplendoris aduentū nec demonū aliquis apparuit: & corpis dolor ex tēplo deletus ē: Aedificiū quoq; quod pauloante diſſolutū fuerat inſtauratum eſt. Illico præſentiā dñi intellexit ex itimo pectore trahens longa ſuſpiria ad uiſionē: quæ ei apparuerat loquebatur dicens. Vbi eras Ieſu ubi eras? quare a principio nō affuiſti ut ſanares vulnera mea? Et uox ad eū facta eſt dicens. Antoni hic erā ſed expectabā uidere certamen tuū. Nunc quia dimicando uiriliter nō ceſſiſti: ſemp auxiliabor tibi & faciā te in oīni orbe noiari. His auditis exurgēs intantum roboratus orabat: ut intelligeret plus ſe recepiſſe tunc uirium. quam ante pdiderat. Erat aūt tunc Antonius annos natus. xxx. & quinq;. Exinde cū uolūtati prōptæ meritare‑ligioſa ſuccederent uadens ad ſupradictū ſenem precabaẗ ut in diſertū pariter abirent. Cauſante illo ſenile æuū: relig noiutatē: ſolus cōtendit ad montem: & eremi adhuc monachis ignotæ rupto metu uiam conatus eſt pandere. Sed nec tūc ceſſauit infatigabilis aduerſarius, Nā impedire ei⁹ pro

poſitum uolens argenteum in itinere diſcum proiecit Quo uiſo Antonius callidi artificis agnouit aſtuciã: ſtãſq; intrepidus| & diſcum toruis| ĩtuens oculis: & doli auctorẽ in phãtaſmate obiurgabat: argenti talia ſecũ reputans. Vñ hic in deſerto diſcus? Auiũ hoc iter eſt nulla ſunt ueſtigia cõmeantiũ: & lapſus de ſarcina pro magnitudine latere nõ potuit. Sed & qui ꝑdiderat reuerſus ob ſolitudinẽ locorũ inueniſſet profecto quod ruerat. Hoc artificiũ tuũ eſt diabole: nõ impedies uoluntatẽ meã: argentũ tuũ tecũ ſit in ꝑditione. Hoc illo dicente diſcus ut fumus a facie eius euanuit. De hinc nõ ut ante phãtaſiam: ſed ingentẽ maſſam auri iacentẽ in itinere cõſpexit. Verũ hanc utrũ diabolus ſimulauerit: an ad Antoniũ cõprobandũ qui nec ueris opibus inaeſcaretur uirtus cœleſtis oñderit ignoratꝰ Hoc tantũ agnouimus quia quod uiſum eſt aurũ fuit. At ille magnitudinem admiratus radiãtis metalli: rapidũ quaſi quoddã uitaret incendiũ ad montẽ uſq; perrexit: ibiq; flumine tranſuadato: inuenit caſtellũ deſertũ: plenũ ob tẽpus & ſolitudinẽ uenenatorũ animaliũ. In quo ſe cõſtituẽs nouus hoſpes habitabat: ſtatimq; ad eius aduentũ ingens turba ſerpentiũ quaſi perſecutorẽ paſſa profugit. At ille obſtructo lapidibus introitu panes menſiũ ſex: ut Thebeis mos eſt ſecũ recondẽs: nam crebro ꝑ annũ incorrupti durare ſolent: necnon & aquæ habẽs exiguũ ſolitarius perdurabat: nuſq̃ inde procedens: & nunq̃ aliquẽ ſuſcipiẽs: intantũ ut cum bis in anno per tectũ deſup panes acciperet nullũ cũ deferẽtibus haberet colloquiũ. Multis ergo uidendi eũ deſyderio & ſtudio requirendi: ante oſtiũ eius pernoctantibus: audiebanꝰ & vulgi uoces aduerſus Antoniũ tumultuſq; dicentiũ. Quid te noſtris ingeris habitaculis? Quid tibi & deſerto? Abſcede a finibus alienis: nõ potes hic habitare & nõ inſidias ſuſtinere. Et primo quidẽ qui foris erant æſtimabant aliquos

homines ſcalis poſitis introiſſe ibiq contendere. Poſtq̃ autem p cauernã introſpiciẽtes nullũ uiderunt: & dæmones cõtra eum intellexere ↄtendere: & nimio mætu territi Antonii auxilium flagitabant. At ille hoſtio propinquans ad conſiliandos fratres ne timerent: atq ut inde recederent p̃cabat: trepidãtibuſq afferebat a demonibus incuti mætum. Signate uos inquiẽs & abite ſecuri: ipſoſq ſemetipſos ſinite deludere. Itaq reuertẽtibus illis: hic remanebat illæſus nec unq̃ in certamie laſſabat. Accedentiũ em̃ augmẽta ꝓfectuũ: uel debilitas repugnantiũ maximũ eius ↄtẽtioni leuamẽ addiderãt: dũ eius aio ↄſtantiã ſuggerebant. Rurſumq ad eremũ ueniẽtibus turbis quæ iã mortuũ eũ ſe æſtimauerãt repturas. Ille pſallebat intrinſecus. Exurgat deus: & diſſipent inimici eius: & fugiãt qui oderunt eũ a facie eiꝰ: ut fumus minuitur deficiant: ut liqueſcit cera a facie ignis: ita pereant peccatores a facie dei. & iterum: Omnes gentes circũdederunt me: & in noie dñi uindicaui in eis. Sic annis uiginti ſolitarie tranſactis: atq ab hoim ſegregatus aſpectibus: cum magna & propoſitũ mutare cupientium: & notorum multitudo concurreret: necnõ et patientiũ infinita catærua conglomeraret. Tandem pene iam foribus euulſis: quaſi ex aliquo cœleſti adyto conſecratus apparuit. Obſtupuerunt uniuerſi: & oris gratiam: et corporis dignitatem: quod nec per quietem ĩtumuerat: nec ieiuniis dæmonũq certamine faciem pallor obſederat: ſed ecõtrario quaſi nihil tẽporis ægiſſet: antiquus membrorũ color perſeuerabat. Porro quãta miracula? quæ ĩ illo animi puritas fuit? Nunquã hilaritate nimia ſolutus in riſum eſt: nunq̃ recordatione peccati triſtia ora cõtraxit: non magnis ſtupentiũ ſe elatus eſt in laudibus: nihil in illo indecens ſolitudo: nihil aſperũ quotidiana cũ hoſtibus bella contulerant: tẽptamens æquali ad cuncta ferebatur examine. Plurimos ex

go ab immūdis ſpiritibus: & infirmitatibus uariis: dei gra-
tiā per Antoniū liberauit. Sermo eius ſale conditus: ſola-
batur mœſtos: docebat inſcios: concordauit iratos: omni
bus ſuadens. nihil amori chriſti anteponendum. Propone-
batq; ante oculos bonorū magnitudinē futurorū: & dei cle
mentiam & beneficia retexebat indulta quod proprio filio
ſuo nō pepercit: ſed pro noſtra oīm eū ſalute tradidit. Nec
mora plures audientiū ad humanarū rerū contēptum hec
eius ſuaſit oratio: & habitandi eremū iſtud exordium fuit.
Quid ſane & in Arſenotarū oppido geſtum ſit nō tranſibo
ſilentio. Nam cum fratres uellet inuiſere & riuulum flumi
nis Nili (qui crocodillis et mľtis eius fluminis beſtiis plæ-
nus erat) tranſuadare eſſet neceſſe: tam cum comitibus ſu-
is tranſiuit illæſus q̄ inde rediit incolumis. Rurſuſq; in pri
ſtinis laboribus perſeuerans nouos antiquoſq; monachos
pro ætate uel tēpore paterno moderabatur affectu.

QVADAM AVTEM DIE cum a congregatis fratri
bus rogaretur: ut hiſdem inſtitutoria opera largiretur: cū
prophetica fiducia exaltans uocem aiebat. Ad omnē qui-
dem mandatorū diſciplinam ſcripturas poſſe ſufficere: ſed
et hoc optimū fore ſi mutuis ſeinuicem fratres conſolaren
tur ſermōibus: Et uos ergo inquit ut patri referte q̄ noſtis:
& ego quæ p longā ætatē cōſecutus ſum quaſi filiis indica-
bo. Hoc autem ſit primū cunctis in cōmune mandatū: nul-
lum inarrepti propoſiti uigore laceſſere: ſed quaſi incipiē
tem augere: ſemp quod caperet præſerti cū hūanæ uitæ ſpa
cia æternitati compata breuiſſima ſint: ac parua: Ita exorſus
paululū ſiluit & admiratus dei nimiā largitatē rurſus adie-
cit dicēs. In preſenti hac uita æqualia ſunt pro rerum com
mutatione cōmertia: nec maiora recipit ab emēte q̄ uendit:
promiſſio autē uitæ æternæ ulli pcio cōparatur. Scriptum

eſt enim. Dies uitæ noſtræ ſeptuaginta anni. Si aũt in potẽ
tatibus octoginta anni: quicquid reliquũ eſt labor & do-
lor. Quãdo ergo octoginta: aut centũ: aut multos annos
laborãtes in dei opere uixerimus: nõ pari tẽpore regnatu
ri ſumus in futuro. ſed pro annis ſupradictis oĩm nobis ſe
culorũ regna tribuent. Nõ terrã hereditabimus: ſed cœlũ
corpus quoqꝫ corruptũ relinquẽtes idipm cũ incorruptio
ne accipiem⁹. Ergo filioli non uos aut tædiũ defatiget: aut
uane gloriæ delectet ambitio. Non ſunt em̃ inqt cõdignæ
paſſiones huius tẽporis ad futurã gloriã: quæ reuelabit in
uobis. Nemo cũ inſpexerit mũdũ reliquiſſe, ſe arbitretur
ingentia. Quia om̃is terra ad infinitatẽ cœlorũ cõparata:
breuis ac parua eſt. Si ergo nec uniuerſo orbi renũciantes
dignũ aliquid habitaculis poſſumus conpenſare cœleſtib⁹
ſe unuſquiſqꝫ conſideret: & ſtatim intelliget paruis theſau
ris & parietibus uel modica auri portione cõtẽpta: nec glo
riari ſe debere quaſi magna dimiſerit: nec tedere quaſi par
ua ſit receptur⁹. Vt em̃ contẽnit aliquis unã æreã dragmã
ad dragmas centũ cõquirẽdas: ita etiã qui totius orbis do-
miniũ derelinquit centũ de melioribus in ſublimi ſede per
cipiet. Ad ſummũ illud proſpicere debemns: quod etſi no-
ſtras uelimus retẽtare diuitias tamẽ lege mortis ab ipſis di-
uellamur inuiti ut in libro Eccleſiaſtes ſcriptum eſt. Quia
neſcit homo quid ſit poſt eum in labore ſuo. Cur ergo nõ
faciamus de neceſſitate uirtutẽ: cur nõ ad lucranda regna
cœleſtia ultro relinquimus quod lucis iſtius fine perden-
dum eſt. Nihil eorũ curæ ſit chriſtianis queſitũ auferre nõ
poſſunt. Illud potius debemus expetere: quod nos ducat
ad cœlum ſapientiã ſcilicet caſtitatẽ: iuſticiã: uirtutem: ſen
ſum peruigilem: pauperũ curam: fidem ĩ chriſto robuſtã:
animũ iræ uictorem: hoſpitalitatẽ: Hec ſectãtes mãſionem
nobis in terra quietarũ ſm euangeliũ præparabimus. Cõ-

ſideremus nos dei eē famulos : & ſeruitutē debere ei a quo creati ſumus. Vt em̄ ſuus præteriti gr̄a famulatus præſens aut futurū non cōtemnit imperiū: nec audet aſſerere quod ex labore transacto inſtantis opis habere debeat libertatē ſed iugi ſtudio eandē ſemp exhibet ſeruitutē : ut & dn̄o placere poſſit & ne mætum lucret̄ & uerbera : ſic & nos cōgruit parere præceptis diuinis ſciētes ꝙ æquus ille retributor in quo queꝗ inuenerit: in eo ſit iudicaturus. quod prophetica uoce p Ezechielē teſtat̄. Nam & infœlix Iudas propter unius noctis impietatē om̄i præteriti tēporis labore priuatus eſt : Idcirco tenēdus eſt cōtinuus rigor inſtituti habētibus dn̄m auxiliatorē ſicut ſcriptū eſt. Quia om̄i operāti bonum & deus cooperat̄. Ad inertiā autē calcandā . Apoſtoli præcepta replicemus quibus ſe mori quotidie teſtabatur Similiter & nos uitam hūanæ cōditionis ancipitē retractātes nō peccabimus : Cum em̄ excitati a ſomno ad ueſperā nos puenire dubitemus : & quieti corpa cōcedētes de lucis non cōfidamus aduentu : & ubiꝗ naturæ noſtræ ac uitæ incertæ memores dn̄i nos intelligamus prouidētia gubernari : nō modo nō delinquimus aut aliqua fragilitate raptabimur: ſed nec iraſcemur quidē aduerſus aliquem: nec terrenos congregare theſauros ambiemus : quin potius mætu quotidiani receſſus : & ſe iungēdi corpis iugi meditatione om̄ia caduca calcabimus. Ceſſabit mulierū amor : libidinis extinguetur incendiū : inuicē nobis debita noſtra donabimus: ante oculos ſemp habētes ultimæ retributiōis aduētum: quia maior fortitudo & pænarū horridus timor: & lubricæ carnis incendia diſſoluit: & ruentē animā quaſi ex aliqua rupe ſuſtētat . Ideoꝗ præcor ut ad finē propoſiti omni labore tendamus. Nemo poſt tergū reſpiciēs Loth imittet̄ uxorem: preſertim cū dn̄s dixerit nullū ponentē manū ſuper aratrū & retro reſpicientē dignū eē regno cœlorū: Re

ſpicere autẽ retro nihil aliud eſt q̃ in eo pœniteri quod cœ
peris & mũdanis rurſum deſideriis obligari. Nolite queſo
uirtutis tanq̃ impoſſibile nomẽ pauere nec peregrinũ uide
atur uobis aut procul poſitũ hoc ſtudiũ quod ex noſtro pẽ
det arbitrio. Huius opis homĩ inſerta eſt natura: & eiuſmo
di res ẽ quæ noſtrã tantũmõ uoluntatẽ expectat Græca ſtu
dia qui neſcit tranſmarina ſectatur: & in alieno orbe cõſti-
tutus inaniũ litterarũ quærit magiſtros. Nobis nulla pro-
ficiſcendi: nulla tranſ fretandi fluctus neceſſitas imminet.
In omni ſede terrarũ cõſtituta ſunt regna cœlorũ. Vñ dñs
ait. Regnũ dei intra uos eſt uirtus quæ in nobis eſt mentem
requirit humanã. Cui eñ dubiũ eſt qꝫ naturalis animæ pu
ritas ſi nulla fuerit extrinſecus ſorde polluta fons ſit & ori-
go uirtutis Bonã eam neceſſe eſt creauerit bonus creator.
Quod ſi forte cũctabimnr audiamus iheſum filiũ Naue po
pulo dicentẽ: Rectũ facite cor ueſtrũ ad dñm deum iſrael:
Nec iohãnes diſſonã intulit de uirtute ſentẽtiam prædicãs
rectas facite ſemitas eiꝰ. Siquidẽ hoc eſt rectã eſſe animã cũ
eius principalis integritas nulla uiciorũ labe maculet. Si
naturã mutauerit peruerſa tunc dicitur Condicio ſi ſeruet
uirtutis eſt Animã noſtrã cõmendauit nobis deꝰ ſeruemus
depoſitũ quale accæpimus. Nemo cauſari poteſt extrinſe-
cus ſitum eſſe quod in ſe naſcit. Facturã ſuã qui ſecit agnoſ
cat opus ſuum inueniat ut creauit. Sufficit nobis naturalis
ornatus. Ne de turpes o homo quod tibi largicio diuina cõ
ceſſit. Opera dei immutare uelle polluere eſt. Illud etiã ſol-
licite prouidere debemus ut tyrannicã iræ ſuperemus inſa
niam quia ſcriptũ eſt. Iracũdia uiri iuſticiã dei nõ operatur
Et iterũ. Deſideriũ cõcupiſcens parit peccatũ: quo ꝑfecto
mors gignit. Diuinæ preceptum uocis eſt: ut iugi cuſtodia
tueamur animã noſtraꝫ quia exercitatos ad ſupplantandũ
habemus inimicos dæmones ſcilicet: contra quos nobis

ſm apoſtolicam conteſtationem pugna ſine fœdere eſt. Ait enim. Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnē & ſanguinem: ſed aduerſus principes & poteſtates huius mundi: ad uerſus ſpūalia nequiciæ in cœleſtibus. Ingens eorū turba iſtū pu olat aerem: nō ꝓcul a nobis hoſtiū caterua diſcurrit & diuerſitatē quidē eorū non eſt meæ paruitatis exponere: ſed hanc maioribus concedo rationē. Quod aūt in prōptu eſt & ignorare nō expedit dolos ſcilicet aduerſum nos com poſitos breuiter indicabo. Hoc primū mentibus debemus affigere: nihil deū feciſſe quod malū eſt, nec ab eius inſtitutione demonū incœpiſſe principia. Peruerſitas iſta non naturæ ſed uolūtatis uicium eſt. Boni enim: utpote a deo cōditi: a ꝓprio mētis arbitrio ad terrā ruere de cœlis ibiq; in cœni ſordibꝰ uolutari gētilitatis impias ꝯſtituere culturas: & nūc nr̄i torq̄nt̄ inuidia atq; uniuerſa mala cōmouere nō ceſſant: ne priſtinis eorū ſedibꝰ ſuccedamꝰ. Diuerſa aūt eorū & partita neq̄cia eſt. Quidā em̄ ad ſummū nocēdi uerticē ꝑuenere. Alii ex cōpatiōe peiorū uident̄ eſſe leuiores: atq; oēs ꝓ poſſibilitate uiriū diuerſas ꝯtra ſingl'as cauſas ſumpſere certamia. Idcirco neceſſariū eſt donū ſpirituū diſcernēdorū a dn̄o ꝑtere ut poſſumus tā fraudes eorū quā ſtudia ꝓuidētes aduerſum diſparem pugnā unū dominice crucis eleuare uexillū. Hoc munere Paulus accepto dicebat dicēs Nō em̄ eius ignoramus aſtuciā. Ad cuius exemplū etiā nos oportet plus ex his que paſſi ſumꝰ mutuis nos inuicē inſtituere ſermonibus. Hoſtile illis contra oēs chriſtianos maxime uero cōtra monachos eſt illis odiū. Eorū ſemitis laqueos tendūt: & eorū mentem impiis atq; obſcœnis cogitationibus nituntur euertere. Sed nihil uobis in hoc terroris incutiant: fidelium enim oratione atq; ieiuniis ad dominum ſtatim corruunt. Nec tamen ſi paululum ceſſauerint plænā prorſus putetis eſſe uictoriam.

¶SOLENT ſaucii grauius aſſurgere: & mutata arte pug-
nandi cũ cogitatiõe nihil ægerũt pauoribus terrent: & ſer
pentiũ formas: necnõ ingentia quædã corpora & uſq; ad
tectũ porrectũ caput: & infinitas ſpecies & militũ cateruas.
quæ omnia quoq; ad primum crucis ſignũ euaneſcunt. His
quoq; agnitis fallatiarũ modis incipiũt pſagare & futuro-
rũ dierũ euentus uelle prædicere. Cunq; & in his ↄtẽpti fu-
erint: ipſum iam nequitiæ principẽ ac totius mali ſummita-
tem ad ſubſidiũ ſui certaminis uocãt. Crebro deniq; Anto
nius talem a ſe uiſum diabolum aſſerebat: qualem beatus
Iob domino reuelante cognouerat. Oculi eius tanq̃ lucife-
ri: ex ore eius precedunt lampades accenſæ. Crines quoq;
incendiis ſpargunẽ: & ex naribus eius fumus egredif qua-
ſi fornacis æſtuãtis ardore carbonũ. Halitus eius ut prunas
flãma uero ex ore eius cõglomeraẽ. Cum huiuſmodi terro
ribus uiſus eſt princeps demonũ inquit Antonius: & in gẽ
ela (ut dixi) ſæpe promittẽs impietatis ſuæ: nõ defuerat lin
gua magniloqua: de qua dñs triũphauit ad Iob dicẽs. Arbi
tratur eñ ferrũ ut paleas: æramentũ ut lignum putribule:
maria ut ſata eraſa: tartara profunda tanq̃ captiua æſtima-
bit abyſſum deambulatoriũ. Per prophetã autẽ increpat di
cens. Perſequẽs cõphendã & omnẽ orbẽ terrarũ manum
mea ut nidum tenebo & ut oua derelicta auferam. Sic ini-
quas funereus emittens uoces: bene uiuentiũ aliquos fre-
quenter illaqueat: Sed nos nec pollicitationibus eius cre-
dere: nec minas formidare debem⁹. Fallit enim ſemp nihil
q; uerum nũcians promittit. Nam ſi nõ mendacia cũcta lo
quereẽ: quomõ talia & tam infinita promittẽs & hamo cru
cis ut draco aduncatus eſt a domino: & capiſtro ligatur ut
iumentũ: et quaſi maucipiũ fugitiuũ uinctus eſt circulo: et
armilla labia perforatus: nullum oĩno fideliũ deuorare p-
mittitur. Nũc miſerabilis ut paſſer ad ludendũ irretit⁹ eſt

a domino: nunc comites ſuos quaſi ſcorpiones & ſerpẽtes calcaneo chriſtianorũ ſubſtratos gemit. Ille qui uniuerſa maria a ſe deleta plaudebat: ille qui orbẽ terrarũ manu ſua pollicebat̃ teneri: ecce a nobis uincit̃. Ecce me aduerſum ſe ꝓhibere nõ poteſt diſputantẽ. Contẽnenda eſt filioli penitus cũ inanibus uerbis ſupba iactãtia. Fulgor quo lucẽ ſe ſimulat: nõ ueri ſplendor eſt luminis: ſed quibus arſurus eſt indicat flãmas. Nam dicto citius recedẽs ſuarũ ſecũ refert ſimulachra pœnarũ. Solent etiã cum modulatiõe non apparentes pſallere. Proh nefas. Adhuc & impuro ore ſacra ſcripturarum eloquia meditant̃. Frequenter eñ legentibꝰ nobis quaſi Echo ad extrema uerba reſpondent. Dormientes quoq; excitant ad orandum ut totius noctis ſomnũ eripiãt Plæroſq; etiam in monachorũ nobilium habitu cohercẽt. et priſtina quibus conſcii ſunt peccata imputãt. Sed ſpernẽdæ ſunt eorum increpationes: & admonitiões ieiunandi: & uigiliarum quoq; fraudulenta ſuggeſtio. Ideo enim familiares nobis ſpecies aſſumunt ut affinitate uirtutum nocẽs uirus facilius interſerant: & innocentes quoſq; per ſpeciẽ honeſtatis laudant: impoſſibile poſtea durumq; hoc ſtudiũ predicãtes: ut dum oneroſum uidet̃ eſſe: quod cœptum eſt ex deſperatiõe tædium: ex tædio ſuccedat ignauia. Idcirco propheta miſſus a dño luctuoſa denũcians ſublimi uoce dicebat. Ve qui portat pꝛoximũ ſuũ ſubuerſione turbida. Huiuſmodi eñ exhortamẽta deprauatiora ſunt itineris ad cœlum quod ducit. Ideo cum ueniſſet ad terras dñs: & uera de eo inuiti demones predicarent (Vere enim dicebant tu es filius dei) uociferantiũ ora claudebat: qui uinctas hominum ſoluebat linguas: ne cum præconio ueri ꝑuerſitatis uenena miſcerent. & ut nos eius exemplo etiamſi profutura perſuaderent in nullo his cõmodaremꝰ aſſenſum. Quia profecto non congruit nos libertatem a domino conceſ-

ſam: & ſcripturarum præcepta uitalia: a diabolo uiuendi capere exempla: qui ſuum deſerens ordinem ſacrum dei temerauit imperium. Propterea etiã dominus eum de ſcripturis loquentem iubebat tacere: quia peccatori dixit deus. Quare tu enarras iuſticias meas & aſſumis teſtamentũ meũ per os tuũ? Oĩa dæmones ſimulant: colloquũtur ſæpe cũ fratribus: & eos ſæpe conturbant: inconditos excitant ſonitus: manus apprehendunt & ſibilant: incipientẽ cachinnant ut uel in puncto peccati Chriſtiani pectus introeant. Cunq; ab uniuerſis fuerint repulſi: ad extremum debilitatem ſuam lamentatione teſtantur. Et dominus quide; quaſi deus & ſuæ conſcius maieſtatis obmuteſcere his imperabat. Nos autem ſanctorum inherentes ueſtigiis: eandem gradiamur uiam: qui memorata ſubtilius fallacias peruidẽtes canebant. Cum conſiſteret peccator aduerſum me: obmutui & humiliatus ſum: & ſilui a bonis. Et iterum. Ego autem tanq̃ ſurdus non audiebam & tanq̃ mutus non aperiẽs os ſuum: & factus ſum ut homo non audiens: Chriſtus imperauit ut dominus ſilentium nos diabolo nihil credamus & uincimus. Si orare compellunt: ſi ieiunia ſuadent: non ex eorum monitis: ſed ex noſtra nos ↄſuetudine dirigamus. Deniq; etiam ſi irruentes mortem nobis intentare uideantur: ridendi ſunt potius q̃ timendi. quia cũ ſint debiles cuncta minantur: nec faciunt. Et quidem de illis iam tranſitorie dixiſſe memini: attamen eadem nunc explicanda ſunt latius. quia nõ mediocrem affert repetitio medelam. Adueniente domino deſtructus eſt inimicus: & omne eius penitus robur elanguit. Propter quod priſtine uirtutꝫ memor: quaſi tyrannus eam ſeneſcens corruiſſe ſe uideat in perniciem graſſatur humanam: nec tamen poteſt pectus deo firmum cogitationum & cæterarum fraudum arte peruertere. Nam luce clarius eſt: quin aduerſarii noſtri cũ nec humana cara-

ne ſint ſcp:i ut cauſari ualeant. Iccirco nos a ſenõ poſſe ſuperari: quia clauſo oſtio introire non ualeant: & reuera ſi fuiſſent hoc fragili corpore obligati obſerato ĩtroitu his negaretur acceſſus. ¶Cum autem ut diximus hoc impedimẽto ſunt liberi: & obſtructa penetrent: atq; in omni licenter uolitent aere: manifeſtum eſt ob eneruationẽ eorum pmanere eccleſiæ corpus illæſum. Deniq; ſatellites impii cum principe ſuo diabolo. quem ſaluator in euangelio homicidam & patre; ab initio fuiſſe maliciæ firmabat: nobis aduerſum ſe dimicantibus nullo mõ ceſſiſſent ſi poteſtas eorum fuiſſet ablata. Nam ſi mentior cur nobis ſathanas parcis q ubiq; diſcurris? Cur qui nullo clauderis loco aduerſum te bene uiuentiũ: & diſputantiũ non potes labefactare ſententiam? Sed fortaſſe nos diligis quos conaris obruere: aut credibile eſt bonitatis eſſe magiſtrum & fauore magis optimis q̃ uoce. Et quid tam charum tibi eſſe poteſt ledere maxime eos qui tuis ſcœleribus uiriliter repugnant ſm quod ſcriptum eſt quia abominatio eſt pietas pccatori. Quis tam fœcũdum ad malitiam poſſidet pectus? quis tam meditatas implere conatur inſidias? Scimus impuriſſimũ cadauer Scimus quoniam idcirco uiuimus Chriſtiani: & contra te nobis eſt ſecura congreſſio: quia infirmatus es a domino. Ideo te tuis confodis iaculis quia minationem nõ ſequitur effectus. Quod ſi fallimur cur eum terrore ſimulato cum magnitudine corporum noſtram aggrederis fidem. Si uoluntatem ſequitur poſſibilitas tantũ tibi uelle ſufficiat. Is enim potentie mos eſt non extranea fallaciæ adiumẽta conquirere: ſed ſua uirtute implere quod cupiat. At nunc dum theatrali mutatiõe formarũ quaſi rudem infantiã ſcænæ niteris ſimulatione deludere: exhauſtas uires manifeſtius pbas. Nunquid nã uerus ille angelus cõtra Aſſyrios miſſus a dño aut populorũ æguit ſocietate: aut ſonitus quæſiuit

aut plauſus: & non potius tacitā exercens uoluntatem centum octogintaquinq; milia hoſtium ſermone uelotius iuxta iubentis domini proſtrauit imperium. Vos uero cum fragiles ſitis in uiribus: perpetuus uos conſequitur interitus An dicit aliquis cur ergo diabolus beatū Iob omnē in ruinam depulit dominū: cur opibus eius penitus diſſipatis parietum quoq; fundamenta ſubuertens vnum numero ſeſobolis coarceruauit ſepulchrum. cur ipſum ad extremū diri vulneris nouitate percuſſit. Qui hoc opponit audiat ediuerſo nō diabolum hoc potuiſſe Sed dominum a quo poteſtas aduerſum nos dupliciter datur: uel ad pœnam ſi delinquimus: uel ad gloriā ſi probamur. Quin potius ex hoc animaduertat nec contra vnum quidem hominem diabolum quicq̄ potuiſſe ſi non poteſtatem accepiſſet a domino Nullus enim quod ſue conditionis eſt ab alio deprecatur. Sed quid Iob memoro quem nec expetitum potuit uincere: ſed nec contra quidē iumenta eius nec contra oues aut ſues in Euangelio ſine conceſſu dei proprium robur exercuit: ſicut ſcriptū eſt. Dæmones autē rogabāt eum dicētes ſi eiicis nos mitte nos in gregē porcorū. Quēadmodū ergo qui porcorū expetunt mortē imaginē dei hoīem & tam charum animal conditori ſuo ualebant iure puertere. Magna dilectiſſimi aduerſus demones arma ſunt: uita ſincera: & itemerata ad deū fides. Credite experto ꝑtimeſcit ſathanas recte uiuentium uigilias: orationes: ieiunia: manſuetudinem: uoluntariam paupertatem: uanæ gloriæ contemptū: humilitatem: miſericordiā: terræ dominatū: & p̄cipue purum cor erga amorē chriſti. Nouit deterrimus coluber ex p̄cepto dn̄i: ſub iuſtorū ſe iacere ueſtigiis qui ait: Ecce dedi uobis poteſtatē calcare ſup ſerpentes & ſcorpiones & ſuper oēm uirtutē inimici. Sin autem & diuinationem ſe habere ſimulātes uenturos frēs eſſe annunciauerint: quos p̄dixerit

uenire nec ſi fides adhibenda eſt mēdacibus: Ob id em̄ præ ceſſere uenientes ut credulitas ſibi pararetur ex nuntio & poſtea aditus ex credulitate fallaciæ: Verum in hoc nulli chriſtiano debet eſſe miraculū: cum nō tantū q̄ leuitate na turæ per cūcta diſcurrūt ualeant præuenire gradiētes: ſed homīes quoq; equorū uelocitate præuecti nūciant affutu ros. Nō em̄ ea quae nond ī fieri cœpta ſunt referunt q: do minus ſolus cōſcius eſt futurorū: ſed quorū cōſpiciunt in actu initium eorū ſibi tanq̄ fieri de futur apud ignaras uē dicant notionē. Nam quātos nunc putatis uelocitate pue rili iſtum cætum noſtroſq; cōtra ſe ſermones ante relatum alicuius hic poſiti longe manētibus iudicare. Hoc quod di co his conſpicuū fieri poterit exemplis. Siquis a Thebaida aut alicuius regionis oppido cœperit proficiſci: & hūc de mones in itinere uiderint ambulantē. pernicitate memora ta poſſunt predicere uenientem Ita et de Nili inundatiōe ſolenni cum multas in Ethyopia pluuias e quibus fluuius intumeſcens ultra alueum effluere conſueuit p̄currentes ad Egyptum nunciant amnis aduentū. Hoc aūt & hoīes ſi cēt celeritatis tantæ natura facile nunciarēt. Vt em̄ ſpeculator beati Dauid ad uerticē loci celſioris aſcendēs prior q̄ hii q̄ in terra erant proſpiciens uenientes non quedā incerta de futuris ſ; de his que uenire cœperāt nūciabat. Sic & demo nes cura puigili omnia cōſiderātes rapido curſu inuicē ſibi nunciant. Sed ſi forte contigerit ut dei nutu ad finē cœpta nō ueniāt. Hoc eſt ſi aut uiator e media regrediatur uia aut ſuſpenſe nubibus aque ad alium cœli cardinē deferant: tū decipieutiū unacum credentibus error aperitur. Hec genti litatis fuere principia his p̄ſagatorū dolis apud demonū delubra quondam credebant oracula que aduentu domi ni noſtri Ieſu criſti indicto ſibi ſilentio obmutuerūt: ſuoſq; perdidere captiuos. Quis rogo arbitratur medicū ex obſer

uatione membrorũ cum anime æſtuantis incendia uenarũ pulſum: leuiq; tactu digitorũ ſcrutatur habere noticiã diuinam. Quis gubernatorẽ nauigatiõis ſuæ uiã inter cœli ſydera requirentẽ maieſtatẽ honore ueneratur. Quis agricolam aut de aridis æſtatis feruorib⁹: aut de hyemali aquarũ largitate uel frigore diſputantẽ nõ potius experientia laudat q̃ dei cõſecrat numine. Verum ut cõcedamus paulisp uera demones nunciare: reſpondete mihi quis fructus eſt noſſe uenientia. Nunquid & ſciens hec aliquãdo laudatus ẽ aut pœnitus eſt neſciens. In hoc unuſquiſq; ſibi p̃parat: ſeu tormẽta ſeu gloriã ſi uel negligat ſcripturarũ mandata uel faciat. Nullus ob id ueſtrũ hanc arripiat uitã ut habeat præſciam futurorũ. ſed ut p̃ceptis domini obediẽs amicus incipiat eẽ de ſeruo. Curandũ nõ ẽ ſcire que ueniãt: ſed implere q̃ iuſſa ſunt: nec inſtituti boni hanc flagitare mercedem: cũ magis debeam⁹ uictoriã contra diabolũ ab auxiliatore dño poſtulare: ſed ſi forte aliquis hoc libenter aſſumat ut futura cognoſcat habeat purũ cor: q; credo animã deo ſeruientẽ ſi in ea perſeueraret integritate qua nata eſt plus ſcire q̃ dæmones. Talis erat anima Heliſei quæ aliis incognitas uirtutes uidebat. Nũc iam cæteras uobis demonũ explicabo fallacias. ¶SOLENT nocte ueuiẽtes angelos dei ſe fingere: laudare ſtudiũ: mirari pſeuerantiã: futura p̃mia polliceri. Quos cũ uideritis tam uos q̃ domos ueſtras crucis armate ſignaculo: & cõfeſtim diſſoluent̃ in nihilũ: quia mætuũt illico tropheũ in quo ſaluator aereas expoliãs poteſtates eas fecit oſtentui. Solẽt etiã uariis ſimulationibus mẽbra torquere. & nr̃is pcaciter offerre ſe uiſib⁹: & mẽtem pauore: corp⁹ horrore cõcutiũt. Sed in hoc fides deo tuta & ĩmota fugat eos quaſi infirma ludibria. Nõ eſt aũt difficilis bonorũ ſpirituũ malorũq; diſcretio: que ſic deo tribuẽte pandit̃. Sctõrũ angelorũ amabilis & trãquillus aſpectus

eſt: q̃a nõ ꝯtendũt neqꝫ clamãt neqꝫ audiet aliquis uoces eo
rum: uerũ tacite leuiterque ꝑperãtes gaudiũ. & exultatio-
nẽ & fiduciã pectorib⁹ infundũt. Siquidẽ cũ illis eſt deus q
fons eſt & origo læticie. Tunc mẽs noſtra nõ turbida ſed le-
nis & placida angelorũ luce radiat: tunc aĩa cœleſtiũ p̃mio
rum auiditate flagrãs effracto ſi poſſit humani corp̃is domi
cilio: & mẽbris exonerata mortalib⁹: cũ his quos uidet abi
re feſtinat ad cœlum. Horũ tãta benignitas ut ſi q̃s ꝓ condi
tione fragilitatis humane miro fuerit eorũ ſplendore ꝑter
ritus: oẽm cõtinuo ex corde auferẽt mætum. Ita Gabriel
cum zachariæ loqueretur in tẽplo: Et angeli cum diuinum
uirginis partũ paſtoribus nunciarent. & qui dominici cor
poris agebant excubias: ſecuris uidentium ſe mẽtibus oſtẽ
dentes ne metuerent imperabant. Metus eñ non tãtum ex
pauore animi: quantum ex magnarũ rerum ſæpe incutitur
aſpectu. Peſſimorum uero uultus truces: ſonitus horridi.
Sordidi cogitatus: plauſus motuſqꝫ adoleſcentium uel la-
tronũ: e quibus timor animæ: ſenſibus ſtupor incutit̃: odiũ
chriſtianorũ: monachorum mæror tædiũqꝫ: ſuorũ recor-
datio: mætus mortis: cupido neq̃ciæ: laſſitudo uirtutis: mẽ
tis hebetatio. Si igit̃ poſt timorẽ horrori cõcepto ſucceſſe-
rit gaudium: & ad deum fiducia: atqꝫ ineffabilis charitas: ue
niſſe ſciamus auxiliũ quia ſecuritas animæ p̃ſentis maieſta
tis indicium eſt. Sic nãqꝫ & Abraham patriarcha uidẽs deũ
gauiſus eſt: & Iohãnes cum Mariam ſuperueniſſe ſentiret:
quæ in ſacro uentris hoſpicio uniuerſitatis geſtabat paren
tẽ exultauit: necdũ natus in gaudiũ. Si aũt incuſſa formido
ꝑmanſerit: hoſtis eſt: qui uidetur: q̃m nec fouere nouit ut
Gabriel pauentẽ uirginem ne metuat iubet: ſicut paſtores
nuncii conſolati ſunt. quinĩmo pauorẽ duplicãt: & uſqꝫ ad
profundum impietatis foueam ut ſibi homines proſternã
tur impellunt. Exin miſera gẽtilitas dominicæ interdictiõis

ignata falſo demones deos opinata eſt. Chriſtianorũ autẽ populos his fallatiis irretiri nõ paſſus eſt dominus: q diabolo in euangelio audacter ſibi principatũ oĩm preſumẽte reppulit dicẽs. Vade ſathanas: ſcriptũ eſt enĩ Dominũ deũ tuũ adorabis & illi ſoli ſeruies. Horũ uerborũ nobis eſt etiam tributa licentia quia iccirco locutus eſt talia: ut ſimilitudo tẽptamentorũ auctoris noſtri intelligat̃ eloquiis. Illud quoqꝫ mi chariſſimi moneo, ut uitæ magis ſit nobis q̃ ſignorum ſollicitudo. Nullus ex nobis hec agens aut ipſe superbia intumeſcat: aut deſpiciat eos qui facere non poſſunt. Conuerſationẽ magis ſcrutamini ſingulorũ in hac uita: & imitari uos que perfecta ſunt conuenit: & implere que deſunt. Signa enim facere non eſt noſtre paruitatis: ſed domini poteſtatis: qui ad diſcipulos in euãgelio ait. Ne gaudeatis quia demonia uobis ſubiecta ſunt: ſed ꝙ nomina ueſtra ſcripta ſunt in cœlis. Nominũ enĩ in libro uite inſcriptio teſtimoniũ eſt uirtutis & meriti. Expulſio enĩ ſathane ſaluatoris eſt largitio. Vnde his qui nõ in uite laboribus: ſed in prodigiis exultabãt: dicentes, nõne in uomĩe tuo ꝓphetauimus & uirtutes multas fecimus reſpõdet Iheſus. Amẽ dico uobis quia nõ noui uos. Nõ enĩ nouit dñs uias impiorum. Hoc ergo magnope poſtulemus ut donũ ſpirituũ diſcernendorũ mereamur accipere: quo ſm ſententiã ſcripturarum omni ſpiritui nõ credamus. Volueram quidẽ iam ſermonem finire: & ſilentio premere quecũqꝫ acciderãt paruitati mee: ſed ne putetis fruſtra me cõmemoraſſe euenire que non poſſint iccirco licet incipiens fiam: tamen dominus qui ſecrete mentis inſpector eſt nouit nõ mee cauſa iactantie: ſed ueſtri gratia ꝑfectus hoc facere: Pauca reſpondebo de plurimis. Quoties me nimiis laudibus efferre conati ſunt: cum a me in noĩe dñi maledicta reciperent quoties augmenta Nili futura dixerũt cum a me audirẽt & hoc

ad ueſtram quid pertinet curam: quotiens minantes ut mi
lites armati ſcorpionibus: equis: beluis: & uariis ſerpētibus
circūdederūt me & domū in qua erā repleuerunt: cum ego
ecōtrario pſallerem hi in curribus: & hi in equis. nos autē
in nomie domini dei noſtri magnificabimur: & ſtatim chri
ſti miſericordia fugabanť. QVODAM autē tpe cum in
genti ueniente luce dixerunt. Venimus Antoni noſtrū tibi
præbere fulgorē. Ego aūt clauſis oculis: quia lucē diaboli
dedignabar aſpicere: orabā & dicto citius impiorū lumen
extinguebatur. Poſt menſes autē paucos cum corā me pſal
lerent & de ſcripturis ſibimet ſermocinarenť: ego tanquā
ſurdus nō audiebam. Cōmouerunt. aliquādo monaſteriū
meū & ego mente immobili deprecabar dominū. Sæpe ſtre
pitus: ſæpe ſaltatioues: ſæpe ſibilos: ingeſſerunt & me pſal
lente ſonus ī uoces flebiles uertebať. Creditis filioli quod
dicturus ſum uobis. Vidi aliqñ diabolum excelſum corpe:
qui ſe habere dei uirtutem & prouidentiā auſus eſt dicere:
& ait ad me. Quiduis ut a me tibi doneť Antoni? Et ego ſpu
taculum q̄ maxime in os eius geminans totū me in eū chri-
ſti nomine ingeſſi armatū: & ſtatim ille procerus aſpectus
inter medias manus exoleuit. Ieiunāti etiam mihi uiſus eſt:
ut monachus & panes offerens his ſermonibus ſuadebat.
ut ueſcerer & huic aliquid indulgerē corpuſculo. Et tu ho
mo es & humana fragilitate circūdaris: labor paululū con
quieſcat: ne ægritudo ſubripiat. Illico luridā faciem ſerpē
tis agnoui: & cum ad conſueta chriſti munimenta cōfuge-
rem tanq̄ per feneſtram fumus labereť euanuit. Auri queq̄
decipulā mihi in deſerto frequenter tetēdit: quod ideo effe
rebat ut aut uiſu irretiret: aut tactu cō macularet. Nam ſæ-
pe me a demonibus nō denego uerberatū. Canebā: nullus
me ſeparabit a charitate chriſti. Ad huius uocis auditū: in
ſe inuicem deſurentes nō meo ſed domini fugabantur im-

perio. qui ait. Vidi ſathanam quaſi fulgur cadentẽ de cœlo. Hec ego filioli Apoſtolici memor eloquii: in me transſformaui: ut propoſitum ueſtrum: nec demonũ terror nec aliqua laſſitudo diſſolueret. Sed qm̃ ob ueſtrã utilitatẽ multa cõmemorando inſipiens factus ſum. & huius rei uobis impertiri cupio notionẽ: quã ueram eſſe nullus ambigat audientiũ. Pulſauit aliquãdo monaſterii oſtium. Egrediẽs uideo hominẽ enormi ſublimitate: porrectum caput uſq; ad cœlum. Cum ab hoc quiſnam eſſet inquirerẽ ait. Ego ſum ſathanas. Et ego Quid inquã hic queris? Rñdit. Cur mihi fruſtra imputant monochi: cur mihi oẽs chriſtianorũ populi maledicunt? Et ego dixi: Iuſte faciunt tuis enim freq̃nter moleſtamur inſidiis. At ille ait. Nihil ego facio: ſed ipſi ſe inuicem cõturbãt. Nam miſerabilis factuſſum. Rogo nõ legiſtis quia defecerunt inimici frameæ in finẽ: & ciuitates eorum deſtruxiſti. & nullum iam habeo locum: nullam poſſideo ciuitatem. Iam mihi nulla ſunt arma: per oĩes nationes cunctaſq; prouincias chrſti perſonat nomen. Solitudines ipſæ quoq; monachorũ ſtipantur choris. Ipſi queſo ſe tueantur & me ſine cauſa nõ lacerẽt. Tunc ego domini gratiam cum alacritate miratus: ſic ad eum locutus ſum. Non tuæ ueritati recentem aſcribo ſententiã. Nam cũ fallaciæ caput ſis hoc ſine mendacio coactus es cõfiteri. Vere enim Ieſus tuas funditus ſubruit uires: & honore nudatus angelico: uolutaris in ſordibus. Vix dum uerba cõpreſſeram & ille ſublimis ſaluatoris deletus eſt nominatione. Que ergo iam filioli poterit reſidere cunctatio? Que trepidatio manebit ulterius. Qui nos poterit eorũ turbo cõuellere: ſecure ſicut animæ ſingulorũ: nõ ſibi ſingat cogitatio uana diſcrimina nõ aliquis timeat diabolo ſublatũ: ad præcipicia ſe poſſe deferri Pellat omĩs anxietas. Dñs autẽ qui noſtros ꝓſtrauit inimicos: manẽs ut promſit in nobis a uariis nos

ſathanæ muniuit incurſibus. En ipſe diabolus qui huiuſmodi cum ſuis ſatellitibus exercet aſtucias: nihil ſe poſſe ꝯtra chriſtianos fatetur. Iam curæ ſit chriſtianorũ & monachorum ne per eorum inerciam uires demonibus præbeantur. Nam quales nos & noſtras repererint cogitatiões: tales ſe nobis immittere conſueuerunt. Si aliquid in pectoribꝰ male mentis & pauoris inuenerint: quaſi latrones qui deſerta obtinent loca ceptos cumulant timores: & crudeliter imminentes infœlicem puniunt animã. Sin autem alacres fuerimus in domino: & futurorum bonorum nos cupido ſuccenderet: ſi ſemper omnia manibus dei cõmittamus: nullus demon ad expugnandũ ualebit accedere. Magis enim cum munita in chriſto corda cõſpexerint confuſi reuertuntur. Ita & Iob firmatum diabolus refugit: & infœliciſſimũ Iudam expoliatum fide uinculis captiuitatꝭ innexuit: Vna eſt ergo ratio uincendi inimicum: læticia ſpiritualis: & animæ dominũ ſemper cogitãtis iugis recordatio: qui dæmonum dolos quaſi fumũ expellens perſequitur aduerſarios potius q̃ timebit. Non eſt inſcius ſathanas ignium futurorum & æſtuantis gehennæ copioſa nouit incendia. Sed ut mea iam claudatur oratio. illud in fine cõmemoro. Cum aliqua ſe uobis obtulerit uiſio audacter requirite quis ſit ille et unde uenerit: ac ſine mora ſi ſanctorum fuerit reuelatio angelica conſolatione timor reuertitur in gaudinm. Si uero diaboli fuerit oblata tentatio: fidelis animæ percunctatione euaneſcit. quia maximũ eſt ſecuritatis & indicium interrogare quidnam ſit: & unde. Sic & Naue filius auxiliatorem ſuum interrogando cognouit. Nec Danielem percunctantem latere potuit inimicus.

POSTq̃ Antonius dicẽdi finẽ fecit: lætãtibꝰ cũctis ĩ aliis cupido uirtutꝭ exardeſcebat: in aliis infirma refouebaẽ fides: ex aliorũ mentibus falſæ opiniones pellebanẽ: ex aliorum

ſenſibus ĩuanum terrorum pellebatur acceſſio: ſimulq̃ uniuerſi cum iam dæmonũ inſidias cõtemnerẽt: mirabãtur in Antouio tantã grãm ſpirituũ diſcernendorũ: quã domino tribuente perceperat. Erant ergo in mõte monaſteria tanq̃ tabernacula plæna diuinis choris pſallentiũ: legentium: orantiũq̃: & tantũ ieiunandi & uigilarũ ardorẽ cunctorum mentibus ſermo eius afflauerat: ut futuræ ſpei auiditate ad charitatẽ mutuã & miſericordias indigentibus exhibendas ſugi ſtudio laborarent: qui infinitã regionẽ quandã: & oppidum a mũdana cõuerſatione ſeiunctũ pietatis atq̃ iuſticiæ plænũ uidebant̃ incoleræ. Quis tantũ monachorũ agmen cõſpiciens: quis uirilẽ illum concordiæ cœtũ cernẽs: in quo nullus nocens nulla detractio ſuſurratiõis. ſed multitudo abſtinentiũ: & certamẽ officiorũ erat. non in hác ſtatim erũperet uocẽ? Quã bone ſunt domus tuæ Iacob tabernacula tua Iſrael: tanq̃ nemora umbrãtia: tanq̃ paradiſi ſuperfluum tanq̃ tabernacula: quæ fixa ſunt a dño tanq̃ cedri Libani circa aquas. Dum hec ita gererent̃ quibus indies beatæ uitæ ſtudium ſuccreſceret. Antonius mãſionũ in cœlo poſitarũ recordans: & p̃ſentis uite deſpiciens inanitatem: quaſi parua eẽnt quecũq̃ geſſerat ſepatus a fratribus inſtituebatur. Cũq̃ enim ſiue cibum ſiue ſomnũ indulgere corpuſculo aut alias naturæ neceſſitates cogeret humana cõdicio: miro afficiebatur pudore: q̃ tantã animæ libertatem modici carnis termini cohercerent. Nam frequẽter cũ fratribus ſedens a cibo qui fuerat appoſitus memoria æſcæ ſpiritualis abſtrahebat̃. Edebat tamẽ utpote homo ſepe ſolus ſepe cum fratribus. Et cũ hoc mira ut predixi ageret cũ confuſione tamẽ anime adhibendã corpori magnope diligentiam pſuadebat: dicens ne corpus penitus eſſet necandum: ne opatio cõtra uoluntatẽ creatoris diſſolueret̃: & ob id omne ſtudiũ animæ conferendũ ne uiciis ſuperata corpo-

reis ad æternas inferi tenebras truderetur. quinimo indultum ſibi in carne imperiũ ueridicans domiciliũ ſuũ: ut apoſtolus Paulus ad cœlum terciũ ſubleuaret: aſſerebatq; hoc eſſe a ſaluatore preceptũ in quo ait. Nolite ſolliciti eſſe animæ ueſtræ quid mãducetis: neq; corpori ueſtro quid induamini: aut quid bibatis: quia hec gentes querũt: ueſter autem pater nouit ꝙ indigetis omibus his. Querite ergo primum regnũ dei & iuſticiam ei⁹ & hec omia adiicient̃ uobis.

His rebus ita tranſactis cum perſecutio impiiſſimi MAXIMIANI furore ueſani uaſtaret ecclæſiam ſanctis quoq; martyribus ad Alexandriã perductis: relicto & ipſe monaſterio ſecutus eſt futuras chriſti uictimas dicẽs. Pergamus ad fratrum triũphos glorioſos: ut aut ipſi cõgrediamur aut ſpectemus alios preliantes: & amore quidẽ iam martyr erat. Sed cum tradere ultro ſe nõ ualens amminiſtraret cõfeſſoribus in metallis uel in carceribus cõſtitutis magna cũ cura & libertate intrãtes ad iudicem exhortabatur ne terrore impiorũ ſubacti dominũ negarent. Tamq; ſentẽtia coronatos exultãs quaſi ipſe uiciſſet uſq; ad locũ fœlicis ſanguinis ꝓſequebat̃. Quãobrem motus iudex Antonii ſociorũq; eius inſtautia ꝑcipit nullũ monachorũ aut obſeruare iudicium aut in ciuitate uerſari. Et ceteris quidẽ omnibus in illa die placuit abſcondi. Antonius aũt impauidus neglecto perſecutoris imperio lauit ependitem ſuũ: & alio die ſtans in quodã eminenti loco candẽte precinctus ueſte procedẽtem iudicẽ ſuo ꝓuocabat aſpectu. Flagrabat cupiditate martyrii oſtendebatq; nobis cõtemptorẽ pœnarum et mortis chriſtiani animũ pſeuerare debere intantũ ut ɔtriſtaretur quia uolenti pati pro nomĩe chriſti martyriũ non dabatur. Sed dñs qui ſuo gregi parabat magiſtrum ſeruauit Antonium ut inſtitutio ſicut factum eſt monachorũ nõ ſolum oratione eius ſed & cõſpectibus firmaret̃. Nunq̃ tamẽ a cõfeſ-

ſorum ueſtigiis ſeparatus eſt quin anxia cura circa eos et charitatis uinculis colligatus magis carcerem patiebat̃ exclusus. Poſtq̃ aũt perſecutionis turbo defluxerat beato epiſcopo Petro iam ob martyrii gloriã coronato ad priſtinũ monaſterium regreſſus quotidianum fidei ac conſcientiæ martyriũ merebat̃ acrioribus ſe ieiuniis uigiliiſq; ꝓficiens ueſtimẽto intrinſecus cilicio deſup pellicio utebatur nunq̃ corpus lauans nunq̃ pedibus ſordes abluens niſi p aquam cum tranſire neceſſitas cõpuliſſet. Nullus deniq; Antonii corpus nudũ antequã moreretur unquã uidit.

¶ QVODAM autem tẽpore cum ab omnium ſe remouiſſet oculis & clauſo monaſterio neminẽ omnino ſuſciperet. Martiniamus militum prepoſitus cuiꝰ filia immundi ſpiritus infeſtatõnibus quatiebatur pulſus oſtium obſecrabat ut ſuo pignori ſubueniret & exiens pro filia dominum ꝓcaretur. Tum ille aperire quidem minime uoluit: proſpiciens uero deſup ait. Homo quid meũ poſcis auxiliũ? Mortalis & ego ſum & tuæ ſocius fragilitatꝭ. Si em̃ credis in chriſto cui deſeruio: uade & ſm fidem tuã ora deum & ſanabit̃. Et confeſtim credens abiit ille & inuocato iheſu nomĩe filiam reduxit incolumẽ. Multa & alia miracula per illum dominus operatus eſt & merito. Qui enim promiſit in euangelio: petite & dabitur uobis: inueneo qui mereretur accipere poteſtatem ſuam non negauit. Nam plures uexatorum ante monaſterium eius clauſo introitu dormientes fidelibus per eum ad dominum præcibus purgabantur. Nec illi multitndo deſideratam ſolitudinem auferens tædio fuit. Metuens ne ſignorum copioſa conceſſio aut ſuos animos extolleret: aut alios plus de ſe q̃ uidebant in ipſo cogeret æſtimare cogitauit ire ad Thebaidem ſuperiorem ubi nullus eum agnoſceret. Et a fratribus acceptis panibus ſedebat ſuper fluminis ripas tranſitum nauis obſeruans. Illo ta

lia cogitante uox ad eum deſuper facta eſt. Antoni quo pe-
gis et quare? Et ille intrepide quaſi conſuetam uocem lo-
quentis agnoſceret reſpondit. Quoniã me non ſinunt qui
eſcere populi: idcirco ad ſuperiorem Thebaidem ire opti-
mum duxi: precipue quia & ea exigor que uirtutẽ meæ poſ
ſibilitatis excedunt. Et uox ad illum ait. Si ad Thebaidem
uadas & ad paſtoralia ut cogitas pergas maiorem ac du-
plicem laborem ſuſtinebis. Si autem quieſcere cupis uade
nunc ad interius deſertum. Cumq́ Antonius diceret: &
quis mihi locum ſecretum uel auium poterit oſtendere.
ignatus enim ſum locorum. Confeſtim ei qui loquebatur
Sarracenos indicauit qui mercandi cauſa ad AEgyptum
uenire conſueuerunt. His appropinquans Antonius ro-
gauit ut ſe pariter inducerent in deſertum. Nullus obni-
ſus eſt: ſed tanquam a domino miſſum comitem ſuſcipien-
tes amplexi ſunt eius ſocietatem. Tribus diebus & nocti
bus itinere confecto inuenit montem ualde excelſum ad
cuius radices fons aquæ dulcis labebatur: & campus non
magnus totum ambiens montem qui palmulis perpau-
cis & his neglectis conſitus erat. Hunc Antonius locum
quaſi a deo ſibi offerretur amplexus eſt. Hic enim erat
quem ſibi ad fluminis ripam ſedenti qui loquebatur oſtẽ
derat. Et primo quidem accipiens a comitibus panes ſo
lus remanſit in monte nullo alio cum eo conuerſante.
Quaſi enim propriam domum agnoſcẽs habebat locum
illum. Sarraceni quoq́ uidentes eius fiduciam optato per
eum tranſitu panes eidem cum læticia deferebant. Nec-
non palmarum mediari licet attamen aliquo ſolacio refo
uebatur. Exin cum fratres agnito loco tanquam ad pa-
trem filii ſollicite alimẽta tranſmitterent VIDENS AN
TONIVS quod ob ſuum refrigerium multis oneroſus
labor indiceretur; & parcens etiam in hoc monachis

rogauit vnum de aduenientibus ut ſarculum ſibi cũ bis acu to & frumẽto deferret. Quib⁹ allatis circuiẽs montẽ: haud grandẽ culturæ aptũ reperit locuꝫ ad quẽ deriuata aqua de ſuper poterat influere. Ibi ſeminauit atq; exinde annuũ ſibi panẽ elaborans gaudebat ꝙ ſine cuiuſq̃ moleſtia ex ꝓpriis manibus uiueret in deſerto. Sed cũ rurſus etiã illuc quidã uenire cœpeſſent miſertus eſt laſſitudinẽ eoruꝫ & holus in paruo ceſpite terre coluit: ut poſt aſperũ iter aliquot uenien tes ſolatio refouerent. Hoc fratrũ refrigeriũ & paruulam meſſem beſtiæ propter aquas illuc ueniẽtes depaſtæ ſunt E quibus unã apprehendẽs dixit oĩbus. Cur me læditis nihil a me læſe? Abite & in noĩe dñi ne huc appropietis ulterius. Quis nõ credat poſt hanc denũciationẽ quaſi timẽtes nunq̃ illuc beſtias appropiquaſſe: ſic Antonio ſpectabilia montiũ & deſerti interiora captanti orationibus etiã in edi to introeũtes fratres magnis uix precibus extorſerunt ut oliuas & legumen & oleũ quod menſes poſt aliquos miniſtrabant dignaret accipere & ſenili modicũ parceret ætati. Proh quãtas ibi cõuerſans expert⁹ eſt luctas uere ſm quod ſcriptum eſt. Non illi aduerſus ſanguinẽ & carnẽ fuiſſe col luctationẽ: ſed aduerſus principatus & poteſtates ab his q ad eum uenerãt agnouim⁹. Illic enim tumultus & uoces po puli armatorũq; ſonitus prorſus plenũ montẽ dæmonum multitudine ſe uidiſſe referebant. Ipſumq; etiã quaſi contra inimicos palam & fortiter luctantẽ qui tamen aduenientes ſuo refouebat hortatu: & flexis genib⁹ armis quoq; oratio num omnẽ ſathane proſternebat exercitum. Ammiratione plane dignũ eſt in tam imani ſolitudine vnum hominẽ nec dæmonũ quotti[illegible]anas expauiſſe cõgreſſiones nec tantarũ beſtiarũ quadrupedũ ſiue reptilium diuerſæ ceſſiſſe feritati Iuſte dauid cecinit qui cõfidit in dño ſicut mons Syon im mobilem ac trãquillam retinẽs animi firmitatẽ & demones

fugabat & feras ſm ꝙ ſcriptum eſt ſecum pacificabat. Sed & diabolus ut ſupradictus propheta ait. obſeruans eũ fremebat dentibus ſuis : & ille ſaluatoris auxilio ab uniuerſis tutus perſeuerabat inſidiis. QVADAM ergo nocte cum peruigil Antonius obſecraret dñm : tantos in monaſteriũ eius beſtiarum greges coaceruauit : ut oẽs eremi beluas circa ſe aſpiceret: Quæ cum rictu oris morſum corpori minitarent : intellexit hoſtis aſtucias : dixitq;. Si aliqua a dño in me uobis tributa eſt licentia : deuorate cõceſſum. Si nau tem dæmonum huc ueniſtis impulſu abite quãtotius : quia chriſti famulus ſum. Ita factũ eſt & ad iubentis uocẽ omnis beluarum multitudo : quaſi maieſtatis uerbere cæderentur aufugit. Nõ multi poſt hec fluxerant dies : & alia oritur cũ eodẽ hoſte tẽptatio : operante illo (Nam ſemper ut uenientibus pro his quæ ſibi detulerãt aliquod munuſculũ repen deret laborabat) traxit quandã ſportellam quã texebat ter niciam ſiue funiculam : ad cuius motũ exurgens uidit beſtiam pube tenus humanã ſpeciem præferentẽ : quæ exinde in aſinũ finiebatur. Poſt cuius aſpectũ uexillum crucis in fronte ſua figens hoc tantum ait: Chriſti ſeruus ſum ſi ad me es miſſus non fugio. Nullum in medio ſpaciũ : & ſtatim informe prodigiũ quãtotius cũ ſatellitum turba fugit : in medio curſu ruens extinctũ eſt. Iſta aũt exploſi mors atq; enecata prodigii demonũ erat cõmunis interitus : qui omni ſtudio laborantes Antoniũ a deſerto deducere nõ ualuerunt.

MIRANDIS plus miranda ſuccedunt. Non grande poſt iſta tẽpus exceſſerat : & tantarum uictoriarũ homo fratrũ precibus uincitur. A monachis enim rogatus ut eos dignaretur inuiſere : una cũ his profectus impoſitꝭ camelo aqua & panib⁹ (quia nuſquã preter monaſterii locũ ex quo hauſerant potabilis aqua parentẽ uiam reperiebat) In medio itinere bibendi ſubſidia deficiunt : ardor nimius : & æſtus

intollerabilis:mortem cuncta minantur. ¶Circũeunt & quęrunt ſaltem collectam pluuiis lacunã:& nihil prorſus remedii nihil occurrit penitus ad ſalutem. ¶Camelus quaſi periturus & ipſe dimittitur : æſtuantis pectus exurit : & ſitis deſperatione ferueſcit. Mouit ſenem fratrũ ſecum cõmune diſcrimen:& uehementiſſime cõtriſtatus ingemuit. De hinc ad ſoluta præcum auxilia cõfugiens : paululũ ab eis ſeceſſit: ibiq̃ genibus fixis ſuppliciter manus tetendit ad dñm. Nec mora ad primas rogantis lachrymas orationis locũ ebulliens fons rupit:ibiq̃ extincta ſiti & plenis utribus inuentum potant camelum (Accidit enim ut fune circa lapidẽ obuoluto teneretur) Tandẽ confecto itinere ad monachos quieũ inuitauerant peruenere. Tunc uero quaſi patri omnes obuiã occurrerunt:& honorifico ſalutatu in oſcula eius & amplexus certatim ruũt. Propoſito ferueñti gaudebat Antonius : & lætantibus de aduentu ſuo cunctis quaſi xenia de monte portans ſpiritualia impartitur elementa. Laudat ueterũ ſtudia : hortatur nouorum : Sororẽ quoq̃ iam uetulam uirginem uidens : & aliarũ puellarũ magiſtrã mira exultatione ſuſtollitur. Exin quaſi diu abeſſet ab eremo rurſum feſtinauit ad montem plurimis iam ad illum uenientibus: tũ etiam uexati a dæmonibus malo neceſſitatis coacti auderẽt deſerta penetrare:quos ille conſolans & monachis pręcipiẽs in cõmune aiebat. Credite in Ieſum fideliter: mentem a cogitationibus ſordidis:carneq̃ ab immũdiciis ſeruate purã:& iuxta eloquia diuina ne ſeducamini in ſaturitate uẽtris. Odite uanam gloriã : orate ſæpiſſime:pſallite ueſpære:& mane: & meridie: inaudita ſcripturarum reuoluite. Recordamini geſtorũ quæ ſancti quoq̃ fecerũt: ut exempli memoria animã incitet ad uirtutẽ: & refrenet a uitiis. Suadebat etiã iugi meditatione retinendũ apoſtoli ſermonẽ: quo ait : Sol nõ occidat ſup iracundiã ueſtram. Non tantũ autẽ ſup iracun-

diam ſolem occidere non debere interpretabatur: ſed ſup omnia delicta hominũ: ne peccatorũ unquã noſtrorum: aut in nocte luna: aut in die ſol teſtis abſcederet. Illius quoq̃ p̃cepti ãmonebat: memores eſſe quo dicit in aliis. Iudicate uos metipſos & probate rõnem diei noctiſq̃ faciẽtes. Si in ſe delictũ dep̃hendiſſent peccare deſinerẽt. Sin autẽ nll'us error decepiſſet pſeuerãtes: ne in arrogãtia tumida: aut alios contẽnerent aut ſibi iuſticiã uẽdicarẽt. iuxta ſupradicti datoris eloquium dicẽtis. Nolite iudicare ante tẽpus magis debere eos chriſto (cui ſoli occulta patent) reſeruare iudicium. Multas eſſe ut ſcriptũ eſt uias quæ uident hominibus iuſtæ: ſed finis earum ad profundũ reſpicere inferni. Sæpe noſtra non poſſe nos intelligere peccata: ſæpe falli in ratione geſtorum. Aliud eſſe dei iudiciũ cernentis cuncta: q̃ nõ ex ſuperficie corpis ſed ex mentiũ iudicaret arcanis: æquũ autẽ eſſe nos cõpati nobis: & inuicem onera noſtra portare. ut conceſſo examine ſaluatori proprias cõſcientias nos metipſos diiudicãtes intueremur. Necnon dicebat magnã eſſe ad uirtutem uiam: ſi ſinguli uel obſeruarent quid gererent: uel uniuerſas mentium cogitationes fratribus referrent. non poſſe aliquem peccare cum relaturus eſſet ad alium quecunq̃ peccaſſet: & ſubire pudorem in publicum proferẽdi turpia. Deniq̃ nullum peccantem coram alio audere peccare: etiamſi peccet tamen teſtem uitare peccati: mentiri magis & negare ei: et uetus delictum nouo inficiandi augeri delicto. Igitur quaſi ſub oculis aiebat noſtris et cogitatu confundimur et actu ſi omnia referenda faciamus: Multo autem magis ſi peccata noſtra fideliter deſcribentes dirigamus. Dum uero annotatio delictorum fratrum uidebitur oculis timebimus peccati ſeras cõſcientias ipſi nos arguent apices: et quomodo meretricibus miſcentes confundimur ad præſentiam cæterorum

Ita nos erubeſcemus ad litteras. Hec agamus hanc uirtutis gradiamur uiam: & corpora mentibus ſubiugantes pnicioſas diaboli cōteremus inſidias. Talibus ſermonū hortamētis uenientes ad ſe monachos incitabat ad ſtudiū & patientibus cōdolebat: pluresq eorū p Antoniū dn̄s liberauit. Nunq̄ tamē aut de incolumitate curatorum eſt inflatus ad gloriā: aut contriſtatus de obſeſſis adhuc corporibus murmurauit. Magis autē eodē ſemp animo & vultu manēs: gratias deo referebat: ſuadens occupatis ut correptionē quæ uexabantur patientius ferrent. Non em̄ Antonii aut cuiuſpiam omino hoim hanc eſſe medicinā: ſed domini ſolius q cōſueuit & quibus uellet & quo uellet tēpore dare ſanitatē. Ita conſolatione ſua & uexatos æquanimiter ferre tēptationem: & iam liberatos non ſibi ſed dn̄o gratias referre docebat. Fronto autē quidā ex Paleſtinis qui infeſtiſſimo dæmonio uexabatur. Nam & linguam eius laniabat dentibus & oculorū nitebat̄ lumen extinguere: perrexit ad montem rogauitq beatū ſenem ut p ſe dominū rogaret. Orauitq Antonius dixitq ad eum. Vade & curaberis. Illo incredulo ſibi & uiolenter ibi cōtra preceptū remorāti eadē geminās Antonius dixit ad eum. Hic curari non potes. Egredere & calcata ægypto ſtatim te chriſti miſericordia conſequetur. Tandem credidit & profectus eſt: ac uiſa ægypto ſm profeſſionē ſenis quā ei dn̄s reuelauerat oranti infeſtatio ceſſauit inimici. VIRGO QVEDAM que atripolitane regionis ciuitatibus ibidē erat inauditis ac flebilibus laborabat doloribus. Etenim purgamenta narium: oculorum lachrymæ: aurium putridus humor: in terram cadens confeſtim in uermes uertebatur. Angebat calamitatem corpus paralyſi diſſolutū: oculos quoq puerſos contra naturam habens. Cuius parentes cum ad Antoniū monachos ire didiciſſent credētes in domino qui pertinacē ſanguinis fluxū

in Euangelio ad tactum fimbriæ ſtare preceperat, rogaue-runt ut miſerabilem filiæ comitatum ſuſciperent. Illis reni-tentibus eam uſq; ad Antonium perducere remanſere pa-tentes eius foris montem cum filia debili ad beatum confeſ-ſorem & monachum Paphnucium: qui effoſſo pro chriſto oculo ſub Maximiano perſecutore tali dehoneſtamento corporis plurimū gloriabatur. Peruenerunt ergo ad An-tonium monachi: Cunq; de puellæ morbo referre diſpo-nerent: relationem eorum ſenis ſermo preuenit; & omnē debilitatis & itineris uſq; ad ſanctum Paphnucium cauſam quaſi ipſe interfuiſſet expoſuit. Rogantibus autem eū mo-nachis: ut parentibus cum filia permitterentur ingreſſus non conceſſit ſed ait. Jte & inuētis puellam ſi non eſt mor-tua curatam. Nullus debet ad meam humilitatem uenire; quia largitio curationum nō eſt humanæ miſericordie. ſed Chriſti iheſu qui ubiq; in ſe credentibus preſtare conſue-uit auxilium. Quamobrem & illa pro qua petitis ſuis preci-bus liberata eſt: & cum ego orarem a domino mihi preſciē-tia ſanitatis eius indulta eſt. Dixit & uerba eius puellæ inco-lumitas conſecuta eſt. Nam exeūtes foras ad beatum Paph-nucium: & filiam ſoſpitem & parentes eius lætos reppere-runt. NON MVLTOS autē post iſta dies cum duobus fratribus euntibus ad Antonium aqua in itinere defeciſſet & uno ſiti mortuo alter iaceret in terra mortem expectans Antonius ſedēs in monte celeretur ad ſe duos monachos uocat: qui forte ibidem ſunt reperti: et feſtinato præce-pit ut lagenam aqua aſſumentes inuaderent iter: quod du-cit in ægyptum. Dixitq; unus e fratribus modo huc uenien-tibus: modo migrauit ad dominum. alter ſi non cucurreri-tis addetur. Hoc enim mihi oranti euelatum eſt. Sic ait & iu-xta præceptum eius monachi feſtinantes: extinctum cor-

pus inuenſunt: terraq; id operiētes: alterum refocillatum ſuo iunxerunt comitatui. Erat autem ſpacium itineris vni us diei. Fortaſſe hoc aliquis querat. Quare non antequam moreretur Antonius dixerit. Incongruo prorſus Chri-ſtianis argumento utitur: quia non Antonii ſed dei fuit iu-dicium: qui & de recedente quam uoluit ſententiam tulit. et de ſiciente reuelare dignatus eſt. Hoc tantum in Anto-nio mirabile eſt: quod in monte remotiſſimo ſedens, cor-de peruigili cuncta procul poſita domino indicāte cogno-ſceret.

ALIO RVRSVS TEMPORE CVM ſederet in monte & oculos ſubito tetendiſſet ad cœlum: uidit neſcio quam animam lætantibus in eius occurſum angelis perge re. Cuius ſpectaculi uouitate ſtupefactus beatum dixit ſan ctorum chorum orauitq; ut ſibi rei preſentis agnitio pan-deretur. Et ſtatim uox ad eum facta eſt: iſtā eſſe Ammonis monachi animam: qui Nitriæ morabatur. Erat enim Am mon uir grandæuus qui perſeueranter a puericia uſq; ad ſenectutem in ſanctitate uixerat. Dierum quoq; tredecim a Nitria locus in quo ſedebat ſanctus Antonius diuideba-tur. Videntes ergo eum ammirantem monachi qui uene-rant deprecati ſunt ut cauſam hilaritatis ediceret. Quibus ait modo Ammonem quieuiſſe: quem propter frequētem eius ad Antonium commeatum: & propter claritatem in-dultorum ei a domino ſignorum optime nouerant. De qui bus etiam unum hoc eſt. Neceſſe ei fuit aliquando fluuium nomine Lycum ſubitis aquis inundatum tranſuadare: ro gauitq; Theodorum: qui cum ipſo erat: ut paululum a ſuo ſepararetur aſpectu: ne nuditatem inuicem corporis aſpi cerent. Receſſit Theodorus. Nihilominꝰ ille ſeipſum cum ſe nudare uellet erubuit. Cogitantem eum in alteram ri-

pam uirtus diuina tranſpoſuit. Rurſuſq; Theodorus cum uideret hoc & ipſe deo deuotus tranſiens ad ſenem mirari cœpit quod tam uelociter tranſuadaſſet. Cunq; nihil humoris in pedibus; nullum in ueſtibus eius aquæ ſignum conſpiceret: rogauit eum ut tam incredibilem tranſlationem quaſi filio pater exponeret. Nolente illo dicere quæ acciderant amplexus eſt pedes eius iurauitq; non ſe prius dimiſſurum q̃ ſibi id quod celabat referret. Videns ergo Senex contentioſe uincere uolentem fratrem; exegit uiciſſim ab eo ut nulli hec ante ſuam mortem indicaret: atq; ita confeſſus eſt ſe ſubito in alteram ripam fuiſſe tranſpoſitum neq; uero omnino undis impreſſiſſe ueſtigia: dominici corporis hoc tantummodo priuilegium aſſerens et eorum quibus ipſe ut Apoſtolo Petro donauerit ut aquarum leuitati humanum corpus inſiſteret. Hec autem Theodorus promiſſo tempore poſt eius mortem retulit. Monachi uero quibus dixerat Antonius de morte Ammonis notauerunt diem & uenientibus de Nitra fratribus poſt dies triginta ſciſſitantes reppererunt illo die illaq; hora dormiſſe Ammonem: qua animam eius ferri Senex uiderat. Utriq; ergo puritatem mẽtis in Antonio mirati ſunt: quomodo rei tam longe geſtæ ad eum fuiſſet cognitio perlata.

ARCHELAVS quoq; comes cum eum inueniſſet in exteriori monte rogauit ut oraret pro Policratia: quæ in Laodicia erat ammirabili & & Chriſto deuota uirgine. Paciebatur enim peſſimos ſtomachi & lateris dolores: quos ieiuniis nimiis uigiliiſq; contraxerat & erat penitus toto debilis corpore. Orauit Antonius & diem quo fuit oratio facta annotauit Archelaus. Rediit Laodiciam & inuenit uirginem incolumem. Et percunctatus diem ſanitatis reppe-

rit tempus medele cum annotatione congruere:& omnes ammirati ſunt cognoſcentes eodem tempore illā fuiſſe a doloribus liberatam a domino: quo orans Antonius ꝑ ipſa bonitatem ſaluatoris inuocauerat. Sæpe etiam uenientium ad ſe turbarum ante dies: & menſes: & cauſas predixit: & tempora. Nam quoſdam uidendi eum tantum deſyderium: alios imbecillitas: nonuullos obſeſſa a dæmonibus corpora pertrahebant. nemo tamen vnquam uexationem aut detrimentum laborioſi itineris conqueſtus ē. Regrediebantur omnes ſpirituali cibo pleni. At ille precipiebat non ſuis laudibus hanc ammirationem ab eis applicari debere: ſed domini qui ſui notionem hominibus pro capacitate mortalitatis indulſerit.

¶ QVODAM AVTEM TEMPORE cum exiſſet ad exteriora monaſteria: & rogatus eſſet a fratribus ut in naui quadam cum monachis proficiſcentibus oraret aſcendit: et ſolus ex omnibus odorem ſenſit teterrimum. Aſſerebant cuncti piſcium & tarricorū in naui poſitorum hūc eſſe fœtorem. At ille ſe alterius rei fœtorem ſentire affirmabat. Adhuc autem eo loquente adoleſcens quidam obſeſſus a dæmone (qui precedens iuxta carinam nauis ſe abſconderat) repente exclamauit & ſtatim in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti per Antonium curatus eſt. Intellexere uniuerſi diaboli illum fuiſſe fœtorem. Alius quoqꝫ ad eum uir inter ſuos nobilis dæmonioſus adducitur: tanta oppreſſus inſania ut neſciret ſe eſſe apud Antonium: necnon et corporis ſui ſuperflua comederet. Quamobrem rogatus ſenex ab his qui eum adduxerant: ut pro illo oraret: intantum iuueni miſero condoluit: ut tota nocte cum eo ꝑuigilans aduerſus patientis inſaniam laboraret: Sed cum

luceſceret dies: & obſeſſus adoleſcens impetu in Antoniũ facto uehemẽter cũ impuliſſet: iraſci cœperũt qui adduxe runt cur ſeni feciſſet iniuriam. Quibus Antonius ait. No= lite alienã culpã miſero iuueni aſſcribere: furor iſte obſidẽ tis eſt nõ obſeſſi. Icc irco autẽ in hanc prorupit dolens ho= ſtis audaciam: quia dñs ad aridã terrã ire eum iuſſit: & expul ſi ſathane iudiciũ iſte aduerſum me impetus fuit. Nulla poſt uerba mora adoleſcens recepto ſenſu: & gratias agens deo & locum ubi eſſet agnouit: & totũ Antoniũ amplexus de= oſculat⁹ eſt. Innumera & alia iſtiuſmodi ſunt ſigna que mo= nachorũ cõcordi relatione cognouimus. Verum nõ tantũ his adhibendus eſt ſtupor q: multo plus que ſequũtur con ditionẽ noſtræ fragilitatis excedunt. Hora circiter nona cũ ante cibũ orare cœpiſſet: raptũ ſe ſenſit in ſpiritu: & ab an gelis in ſublime ferri prohibentibus tranſitum aeris dæmo nibus: cœperunt ſancti angeli cõtradicẽtes requirere que eſſet cauſa cõtradicendi: nullis in Antonio criminibus. Il= lis uero ab exordio natiuitatis replicare peccata nitentibus calũnioſa angeli clauſerunt ora dicẽtes: non debere eos a natiuitate eius debita narrare: que iam chriſti eſſent boni= tate ſopita. Siqua autẽ ſcirent ex eo tẽpore quo factus eſſet monachus: & deo ſe cõſecraſſet licere proferri: Accuſabãt dæmones multa procaciter mentientes: & cũ deeſſent pro bamenta fallacibus: liber Antonio cõſcenſus aperit. Et ſta tim rediens in ſe ĩ eo loco in quo ſtare cœperat hoc rurſum eſſe uidit quod fuit. Tũc uero oblitus æſcæ ex illa hora: no ctem gemitu & lamentatione tranſægit reputans ſecũ hũa norum hoſtiũ multitudinẽ: & colluctationẽ tãti exercitus: & laborioſum per aerem iter ad cœlum: & hoc apoſtoli eſſe dictum quo ait non eſt nobis colluctatio aduerſus carnẽ et ſanguinem: ſed aduerſus principem poteſtatis aeris hu= ius: quia ſciens aereas poteſtates ob id ſemp tẽptare: lucta

ri: contendere: ne nobis tranſitus eſſet ad cœlum. Hortabatur monens: aſſumite armaturam dei ut poſſitis reſiſtere in die malo: ut nihil mali habens inimicus: quod de nobis dicere poſſit cõfundatur. Nos autem apoſtoli ſermonis recordemur dicentis. Siue in corpore neſcio: ſiue extra corpus deus ſcit. & Paulus apoſtolus uſq; ad terciũ celũ raptus eſt: ibiq; auditis uerbis ineffabilibus deſcendit. Antonius autẽ uſq; ad aerem ſublatus poſt colluctationẽ liber apparuit. HABEBAT etiã iſtiuſmodi gratiam: ſi cuius rei ſedens in mõte ignarus fuiſſet: & huius ſecum inquireret rationem: oranti ei a domino reuelabatur. & erat ſm quod ſcriptum eſt a domino doctus. Deniq; cum a fratribus haberetur iſte tractatus: & ab eo ſedulo ſciſcitarentur: quẽadmodum ſe poſt ſarcinam corporis anima gereret: quiue ei locus poſt exitum concederetur: proxima nocte uox deſuper nomen eius inclamitans ait. Antoni exurgens exi & uide. Qui egreſſus (ſciebat enim quibus reſpondere deberet) et eleuatis ad cœlum oculis: uidit quendam longum atq; terribilem: caput ad nubes uſq; tollentem: uidit etiam pennatos quoſdam uolare cupiẽtes atq; illum extenſis manibus prohibere tranſitum: quibus alios apprehenſos elidebat ad terram. & alios fruſtra retinere nitens dolebat ſuper ſe ad cœleſtia tranſuolare & maximum gaudio mœrorem mixtum uicti uictoreſq; tribuebant. Statimq; ad eũ uox facta eſt dicens. Aduerte quod uides. Et tunc cœpit illuminato corde intelligere: animarum eſſe conſcenſum: et diabolum prohibentem qui et ſibi retineret obnoxios & ſanctorum quos decipere non potuerat cruciaretur uolatu. His uiſionum incitatus exemplis quottidie ad meliora creſcebat. Neq; uero id quod ſibi fuerat reuelatum cauſa iactantiæ fratribus indicabat. Sed cum orans iugiter dei laudaret auxilium: interrogantibus compellebatur edice

te: nec ſpirituales filios pura in Chriſto anima occultare quitquam uolebat præſertim cum eiuſmodi ſignorum re=latio & amorem miniſtraret propoſito et fructum laboris oſtenderet. Nunquã ille aut ira ſubita incitatus: patientiã rupit. aut humilitatem erexit in gloriam. Nam omnes cle=ricos uſq; ad ultimum gradum ante ſe orare compellens: Epiſcopis quoq; atq; preſ byteris quaſi humilitatis diſci=pulus ad benedicendum ſe caput ſubmittebat. Diaconos quoq; qui ad eum utilitatis cauſa ueniebant cum pro adiu torio eorum ipſis preſentibus diſputaret: ad orandum do minum ſibi præponebat non erubeſcens & ipſe diſcere. Nam interrogabat frequenter eos cum quibus erat: & ſi aliquid ab eis neceſſarium audierat ſe fatebatur adiutum. Habebat autem & in vultu magnam gratiam: & admirabi=le a ſaluatore etiam hoc munus acceperat. Si quis enim ig=narus eius inter multitudinem monachorum eum uidere deſideraſſet: nullo indicante cæteris pretermiſſis ad Anto nium currebat. & anime puritatem agnoſcebat ex vultu: & ſpeculum corporis gratiam ſanctæ mentis intuebatur. Nam ſemper hilarem faciem gerens liquido oſtendebat ſe de cœleſtibus cogitare ſicut ſcriptura ait. Corde lætante vultus floret: & in mœrore conſtituto triſtatur. Ita & Ia=cob agnouit Laban ſocerum ſuum inſidias ſibi machinan tem dicens ad filias eius. Non eſt facies patris noſtri ſi=cut heri & nudiuſtercius. Sic Samuel propheta agnouit Dauid. Lætificatores enim habebat oculos & dentes ſicut lac candidatos. Similiter agnoſcebatur Antonius: quia ſem per eandem faciem inter proſpera & aduerſa tenens: nec ſecundis extollebatur: nec frangebatur aduerſis. Erat enim in fide pietate mirabilis. Nunquam enim ſciſmatico=rum ſe miſcuit communioni: antiquam eorum ſciẽs tranſ greſſionem atq; prauitatem. Nunquã Manicheis aut aliis

hereticis ſaltem amicalia uerba largitus eſt: niſi tm̄ ea que poſſint ab iniquitatis eos errore reuocare: denuncians taliũ amicitias atq; ſermones ꝑditionē eſſe animæ. Sic etiam Arrianos deteſtabatr: ut omnibus diceret ne iuxta eos quidem eſſe accedendũ. Nam cũ ueniſſent quidā Arrianitæ reperit poſt eorũ examinationē infœliciſſimā ſectam: & fugauit eos de monte dicēs: multo ſerpētibus deteriores horũ eſſe ſermones. Mentientibus autē aliqñ Arrianis aliqñ Antonio ita ut ſe credere ſimularent: ammiratus eorũ audatiā & iuſti doloris ira cõmotus: rogatuſq; ab epiſcopis preſbyteris atq; uniuerſis fratribus Alexandriā deſcēdit: ibiq; Arrianitas ſermone publico condēpnauit: ultimā eſſe hāc hereſim & p̄curſorem antichriſti affirmās: predicabatq; in populo dei filium nõ facturā ex ullis exiſtentibus: ſed proprium & unius cum patre ſubſtātiæ ne creatura potius: aut adoptio: aut appellatio uideret impiũ eſſe dicens uel mente concipere. erat quādo nõ erat cum uerbũ dei qui eſt: ſemper pater ſit: coæternus qui ex eo eſt natus patre: qui ſemper eſt: unde aiebat. Cum Arrianis nobis nulla ſit ꝯmunio Quæ eſt enim ſocietas luci cum tenebris. Vos fideliter credentes chriſtiani eſtis: illi uerbum filium qui ex patre deo eſt creaturam dicunt: nullo interuallo a gentilibus ſeparātur: qui ſeruierunt potius creaturæ q̄ creatori: qui eſt benedictus in ſecula. Ipſa mihi credite iraſcuntur elementa & omnis cõtra Arrianũ furorem ſm apoſtoli dictum ingemiſcit creatura: quod ſibi dominũ ſuũ ꝑ quē omnia ex quo omnia facta ſunt uideat aggregari. Hæc tanti uiri predicatio exprimi nõ poteſt quantũ ad fidē populos roborauerit. Letabant̃ quippe hoſtilē in Chriſto: & inimicā hereſim anathematizari ab eccleſiæ colũna. Nulla tunc ætas: nullus ſexus domi remanſit. Taceo de chriſtianis; Pagani quoq; & ipſi idolorũ ſacerdotes: ad dominicũ imperiũ cõuolabant

dicentes. Præcamur ut hoīem dei uideamus: quia hoc apud
uniuerſos erat cōſpicuū nomen Antonii. Ambiebant ſaltē
quoq; fimbriā ueſtimenti eius contingere: multū ſibi tactū
ꝓdeſſe credētes. Quot tunc diabolica obſidione? & uariis
infirmitatibꝰ liberati? quot ſimulachris erepta ſunt ſpolia?
quāti ab errore gentiliū retracti noſtro iuncti ſunt gregi?
Tanti certe ut paucorū dierū ex idolorū ſupſtitione cōuer-
ſio omnē per annū credentiū uinceret turbā. Propterea cū
irruentē multitudinē comites repellerent: æſtimātes tædio
illi cōuentum populi fore: ipſe tranquillo animo dicebat.
Nunquid nō hic cœtus demonū maior eſt turbis? Nūquid
obſequentiū multitudo colluctatorū noſtrorū in mōte ca-
teruis eſt numeroſior? ACCIDIT etiā ut cū eum redeun
tem circa portā ꝓſequeremur: a tergo quedā mulier clami-
taret dicēs. Expecta homo dei filia mea atrociſſimo uexatur
dæmonio. Expecta obſecro expecta: ne ego currēs interea.
Hoc audito ammirabilis ſenex ammonitus a nobis uolens
tamē & ipſe paululū ſubſtitit. Cumq; appropinquāte mulie
re puella iaceret exploſa: orauit tacitus ad dñm Ieſum: & ad
nominationē eius ſpūs impurus ſtatim egreſſus eſt. Puella
incolumis: populus in laudibus dei: mater in gaudio fuit:
Ipſe aūt lætabat; quia ad deſideratā ſolitudinē reuerteba-
tur. Erat aūt ualde ſapiens & hoc in ſe mirabile habens.
QVIA cum litteras non didiciſſet: immobilis homo et
manſuetus erat.

¶ ALIQVANDO ETENIM DVO PHILOSOPHI
gentiles uenerunt ad eum putantes Antoniū ſe poſſe deci-
pere. Erat uero in exteriori mōte. Quos cum uidiſſet paga-
nos intellexit ex uultu & procedens ad eos ꝑ interp̄tem ita
cœpit. Quare tam longe ad ſtultū hoīem ſapientes ſe uexa
re uoluerunt? Illis dicētibus nō eſſe illum ſtultū. ſed & ni-
miū ſapientē: uigilāter rūdit. Si ad ſtultū ueniſtis ſuperfluus

eſt labor ueſter: Si autem putatis me ſapiẽtem eſſe & ſapientiam habere bonũ eſt: imitamini quæ probatis quia bona cõuenit imitari. Si ego ad uos ueniſſem uos imitarer: ſed quia uos ad me quaſi ad ſapientẽ ueniſtis eſtote ſicut & ego ſum chriſtiani. Abceſſerunt philoſophi utrunq; mirantes & acumen ingenii & demonũ expulſiones Alios quoq; ſimiliter mundi ſapientes: qui eum irridere cupiebant quia litteras ignorabat: tali diſputatione colligauit dicens. Reſpõdete mihi quid prius eſt: ſenſus: an littere: & quid cuius exordium eſt ſenſus ex litteris: an litteræ ex ſenſu oriuntur? Illis aſſerentibus quia ſenſus eſt auctor atq; inuentor litterarum: ait. Igitur cuius ſenſus incolumis ẽ hic litteras non requirit. Quis preſentiũ poſt hanc colligationẽ non exclamauerit cum obſtipuerint & ipſi qui uicti ſunt tantã in imperito litterarũ ſagacitateʒ animi admirãtes? Neq; enim ut in ſolitudine & montibus uerſatus atq; omnẽ ibidẽ exigens uitã: agreſtis & rigidus erat: ſed iocundus: & affabilis ſermonem apoſtoli dictum diuino conditum ſale proferebat: ita ut inuidia careret; & amore omnium potiretur. Inter hec quaſi paruũ eſſet bis gentilitatem fuiſſe ſuperatam: & tertio uenerunt uiri ad eum omni ſecularis prudentiæ nube cœcati: atq; uniuerſis philoſophie ſtudiis artium ſuarũ æſtimatione doctiſſimi. Hi cum rationem ab eo exegiſſent fidei quam in chriſto habemus & niterentur arguta ſophiſmatum interrogatione: de diuina cruce eum illudere in ſilẽtium paululum uoce cõpreſſa primũ eorum miſeratus eſt errori: deinde per interpretẽ qui eius uerba diligentiſſime in græcũ ſolebat exprimere ſermonẽ: ita exorſus eſt dicẽs.

¶ QVID PVLCHRIVS EST quidue honeſtius crucẽ colere: an adulteria parricidium uel inceſtum his aſſignare: quos colitis? cum in altero ſit contemptus mortis inſigne uirtutũ: in altero turpis religio obſcœnitatis magiſtra.

Quid melius eſt dicere: quod uerbum dei manẽs ut erat ob ſalutem noſtram humanum corpus aſſumpſit ut ſocietate mortalitatis nos ueheret ad cœlum: participeſq́ naturæ cœleſtis efficeret an ut ipſi aſſeritis diuinæ mentis hauſtum ad terrena ueneranda ſubmittere: aut pecudum atq́ ſerpentium formis cœleſte numẽ includere. Quo ore chriſtianorum credulitatem andetis irridere dicentium Chriſtum filium dei ſine ſui detrimento & cœpiſſe eſſe quod non erat & manſiſſe quod fuerat. cum ipſi animam de cœleſtibus detrahentes non tantum hominũ ſed & pecudum ſoleatis ſepire corporibus? Chriſtiana credulitas pro ſalute mũdi dominum ſuum ueniſſe teſtatur. Vos uero innatam animã predicãtes ultro citroq́ tranſfertis. Chriſtiana fides (quæ omnipotentiam clementiamq́ dei ueneratur) conſequenter incarnationem dicit deo fuiſſe poſſibilem: ita tamen ut nõ euacuauerit incarnatio diuĩtatẽ. Vos qui animam ex ſplendidiſſimo dei fonte manantem turpiter decidiſſe iactatis: qui mutabilem atq́ conuertibilem eam poſt ſui diminutionem audetis aſſerere: Iam illam quoq́ naturam dominam ſeculorum per animæ contumelias impia lingua temeratis Imago enim quæ ſecundum uos naturalẽ ſimilitudinem ſui retinet auctoris cui una eſt: ex quo defluit eademque ſubſtantia humilitates proprias & iniurias conſequenter ad ſui originem remittit. Igitur animaduertite contumelias animarum ad patrem: ut appellatis earum: per ueſtrã blaſphemiam redundare. Crux Chriſti domini noſtri hic nobis ingeritur. Rogo quæ hic eſt religionis obſcœnitas? Nonne potius eſt crucem colere: aut alicuius generis mortem ab iniquis hominibus illatam patienter ſuſtinere: quã ipſis diis plangere poſt Oſyrim uagos incertos atq́ diſcurſus. Pudeat queſo uos inſidiarũ Triphonis: Pudeat Saturni fugæ: & deuorationis crudeliſſimæ liberorũ. Erubeſcite parricidii Iouis & ĩceſti; erubeſcite raptu & coitu mulierũ

et puerorum q̃ ſicut ueſtri fingũt Poetæ: ad explendũ imma niſſime libidinis furorẽ molles dedit in amorẽ uagitus. Il le in Danae fluxit ſinus: ipſe amator & ꝓciuꝫ Ille modulatꝫ alis Lædeos petiuit amplexus. Ille in propriũ ſeuiens ſexũ: regium puerum miniſtris auibus polluit. Hec uos creditis. Hec colitis. Hec ſunt ueſtrorũ ornamẽta tẽplorũ. Ego de precor pro ueſtra ſalute noſtra dicta ꝑnſate iudicio cũcta. An nihil in libris credendũ eſt chriſtianis? Si nihil nec cru cis quoq; cui detrahitis nomẽ agnoſcetis. Si uniuerſa cre denda ſunt cur cum in eiſdẽ libris cruci reſurrectio copula tur. paſſionẽ diuinã ſtolido laceratis eloquio: & non ſtatim iungitis cæcorũ uiſum: ſurdorũ auditũ: claudorũ curſum: lepræ mundationẽ: ſeruiens ambulanti dño ſuo mare: dæ monũ fugas: reſurrectionẽ mortuorũ: et defunctorũ ab in feris reditus: Hec omĩa ſcripturꝫ diuinis quas interpolatis inſerta ſunt: & in hiſdẽ uoluminib⁹ cõtinent̃ preconia ma ieſtatis: & mortis. Quãobrẽ odio quo imbuti eſtis abiecto: inuenietis illico & dñm eſſe uerũ Ieſum: & ſalutis humane gracia: fragilem aſſumpſiſſe naturã. Veſtrã tamẽ ſi nõ pude at narrate religionẽ Sed quas error infœlix poterit refer re culturas de tanta rerũ fœditate atq; uæcordia? Niſi for te ut audio fabuloſas aſſeratis deorũ ueſtrorũ: & obſcœnita tes. & crudelitates: & mortes tegẽtes allegoricis uelaminib⁹ Liberum patrẽ Terrã: ſemiclodũ Vulcanũ & debilẽ ignem: Iunonem aerem: Apollinem ſolem: Dianã lunã: Neptunũ maria: libidinũ principẽ Iouem ætherẽ interp̃tantes: Nec poſt hanc excuſationis procacitatẽ creditis dñm: ſed crea turas creatore ꝯtẽpto ſuſcipitꝫ. Quod ſi forte pulchritudo elementorũ ad ſuæ traxit uenerationis modũ fas erat cuſto dire. Oportebat tantũ mirari: nõ colere: ne facturæ uene ratio creatoris eſſet iniuria. Nam iſtiuſmodi quã uos conſe quimini ratio præpoſtera eſt & ꝑuerſa: & architecti honor

migrauit ad domũ:& medici ad remedia ſcientiæ confertur Omniũ quoqꝫ artificiũ merita uel laudes ad opa transferẽtur. Quid ad hec dicitis: ut agnoſcamus que ſit crucis ridiculæ uobis ignominioſa cõfeſſio. ¶ HAC DISPVTATIone cõuertẽtibus inter ſe philoſophis oculos: ſimulqꝫ muſſitantibus ſubridens Antonius: rurſuſqꝫ per interp̃tem ait Præðurũ nanqꝫ uidet cuncto operi quotiẽs iuſto uniuerſe rei tenore calcato: operis merita factꝫ magiſquã factoribus aſtringunt. Elemẽta quidẽ ut memoraui ex ipſo cõſpectu ſuam cõprobant ſeruitutẽ. Sed quoniã uos obſeruatione dialectica neceſſaria ut putatis queqꝫ colitis: hoc quoqꝫ artificio etiã nos noſtrã religionẽ cõpellitis affirmare. Rñdete mihi Cognitor dei queadmodũ manifeſtius approbat̃ p lectionẽ uerborũ: an opationẽ fidei? Et quid antiquius eſt: operatio fidei: an diſputatio p argumẽta procedẽs? Illis reſpondentibus firmiorẽ eſſe ſermonibus opationẽ: & hanc ſi quidam de deo cognitionẽ. Bene eos & ipſe dixiſſe cõſentit Quia opatio que ex fide deſcendit animi gerit affectus. Dialecticam uero ex artificio cõponentiũ ſumpſiſſe oppoſitionis exordium. Cum ergo ait opationẽ fidei animo inſitam quis habuerit: ſupflua erit ei uerborũ cõpoſitio p quã contẽptam ſenſu ueſtro credulitatẽ tẽptatis euellere: & tñ ſæpe uos ueſtras explicare intelligentias nõ ualetis. Ita ſolidiora ſunt mentis opa quã ſophiſmatũ fraudulenta cõcluſio. Nos chriſtiani myſteriũ uitæ noſtræ nõ in ſapientia mundi habemus repoſitũ: ſed in uirtute fidei que nobis a deo attributa eſt p chriſtũ. Hanc orationis meæ ueritatẽ: rerũ q̃ gerunt quottidie ordo cõmendat. Nobis imperitis & litterarum ueſtrarũ ignaris ad dei cognitionẽ ſola eius uerba ſufficiunt. Ecce nos gentilitatis tot gregibus abſtracti in uniuerſum orbẽ quottidie propagamur. Vobis uero poſt aduẽtum dñi noſtri nodoſæ Sophiſmatũ defecere uerſuciæ

Ecce nos ſimplicem chriſti fidem docentes: ydolatriam de-
bellauimus. Per predicationē ignominioſæ crucis aurata
templa ceciderunt. Vos ſi poteſtis oſtendite: qnos cōtexio
ne uerborū gentilitatem chriſto preponere ſueueritis. Per
omnes iam terras uerus chriſtus dei filius agnitus eſt: nihil
eloqueutia ſophiſmatū: nihil diſputatio philoſophiæ: mul
titudini poteſt obeſſe credētium. Crucifixum nominamus
& uniuerſi demones: quos uos colitis ut deos: rugiunt atqꝫ
ex obſeſſis corporibus ad primū dominicæ crucis ſignum
fugantur. Vbi ſunt illa fabuloſa oracula? ubi ægyptiorū
incantationes? Quo profecerunt magorum carmina? Cer
te tunc uaſtata ſunt omnia cum de ſua cruce mūdo chriſtus
intonuit. Nihilominus prætermiſſis uos debilium cater-
uis glorioſam Ieſu mortem irridere conamini. Illud autē
quale eſt quod nunquam iufeſtatione regali concuſſa gen-
tilitas immo uero ſeculo chara & hominum preſidiis fulta
iam corruit famuli chriſti quo plus premimur eo magis aſ
ſurgimus & floremus Veſtra ſimulachra ornatis quondam
ſepta parietibus netuſtate collapſa ſunt. Chriſti uero do-
ctrina quæ uobis ſtulticia uidetur & ludus; licet tyrannica
perſequentium principum temptamēta pertulerit licet ua
riis ſit incurſata terroribus nullo terrarum orbe conclu-
ditur; nullo gentium barbararū fine prohibetur. Quan-
do enim diuina ſcientia & tantus ſplendor illuxit quando
tot in ſe conuenere uirtutes continētia in matrimonio: uir
ginitas i eccleſia floret: martyrum pro deo ſuo glorioſa cō
ſtantia quorum omnium crux chriſti principium eſt. Cum
interim uos inter tantos uirtutum choros ſyllogiſmorū
retia tenditis & ueram rerum lucem tenebris conamini ar-
gumentationum obuoluere. Ecce nos ut dicit doctor no-
ſter non in gentili perſuaſione ſed in fide apertiſſima ſua-
demur quæ in uerborum affirmationem preuenire conſue

uit. Adſunt quippe patientes a dæmonibus uexati. Quos cum in medium produxiſſet uerba repetiuit dicẽs Nũc uos collectionibus ueſtris ul' quo uultis malefico carmine deos ueſtros quos putatis expellite. Sinautem non poteſtis iunctas manus date & ad chriſti trophea cõfugite & ſtatim crucifixi credulitatem maieſtatis potẽtia proſequetur. Dixit & inuocato nomine Ieſu cum uitale ſignum in ſacro numero trinitatis preſſiſſet in frontibus cum expulſis demonibus una preſentiũ philoſophorum confutata ſapientia eſt. Expauerunt enim ſtupentes hominem cui poſt tantum ingenium affluerct ſignorum diuina largitio. At ille uniuerſa que curauit chriſto ferens uſus eſt affatu reciproco & ait. Nolite me putare his ſanitatem dediſſe Chriſtus per ſeruos ſuos facit iſta mirabilia. Creditis & uos & uidebitis quia deuota fides deo & non eloquentiæ uanus tumor talia ſigna mereatur. Confugite ad crucifixi legẽ uos quoq; eius imitamini famulos & ſcientiæ fide contenti nulla deinceps ſecularis prudentiæ argumenta queratis. Hactenus Antonio dicente miro philoſophi ſtupore percuſſi ſunt & cum honorifico ſalutatu ab eo recedentes multum eius fatebantur ſibi profuiſſe conſpectum. Hoc in uiro mirabile eſt ut hominem in extremo mundi limie conditum & fauor principum & omnis celebraret aula regalis.

Nam CONSTANTINVS Auguſtus & eius liberi Conſtans & Conſtantius talia cognoſcentes crebro ad eũ quaſi ad patrem miſſus litteris obſecrabant ut reciprocis eos ſcriptis exhilararet. At ille eiuſmodi manẽs qualis & antequam littere ad eum uenirent fuerat: nec ſalutatione principum mouebatur & tanquam non acceptis litteris conuocans monachos aiebant. Reges ſeculi ad nos epiſtolas miſerunt quæ hunc Chriſtianis adhibenda miratio eſt.

¶ Licet enim diuerſa ſit dignitas attamen eadem naſcendi

mouendiq; condicio eſt. Illa ſunt omni ueneratione preco
lenda: Illa tota animi affectu retinenda q deus hominibus
legē ſcripſerit: quod p filiū ſuū propriis eccleſias ditauerit
eloquiis. Que monachis eſt ratio cū epiſtolis regū. Cur ac
cipiam litteras quibus cōſueta neſciam reddere ſalutatiōis
obſequia? Igit̃ rogatus ab uniuerſis fratrib⁹ ut chriſtianos
reges ſuis litteris refrigeraret ne ſcilicet per ſilentiū exaſ
perarent̃ ad ſuſceptas epiſtolas cōuenientia reſcripſit Lau
dauit primū q Chriſtū colerēt. Deinde ſalutaria perſuaſit
ne magnā putarent regiā poteſtatē ne pn̄ti carnis imperio
tumētes ſe homies eſſe neſcirent: & iudicādos a chriſto ob
liuiſcerent̃. Ad poſtremū clementiæ circa ſubiectos & iuſti
ciæ cure quoq; inopum ammonuit atq; ſempiternū vnum
eſſe regē oīm ſeculorū Ieſum chriſtū epiſtolis teſtatus eſt.
His litteris principes ſuſceptis uehementiſſime lætabant̃.
Sancta quoq; apud cunctos Antonii florebat opinio: ita ut
eius filios ſe nominare cuperent. Magna etem̄ cum aduenl
entibus affabilitas oīm in ſe ſtudia cōuertebat. Poſtquā er
go gentiles cōfutati: reges ammoniti: fratres ab eo ſunt cō
ſolatione releuati: ad interiorem montē & ad rigorem ſoli
tum regreſſus eſt: ibiq; ſæpe cū introeuntibus deambulans
ac reſidens ſtupebat ſicut in Daniele ſcriptū eſt & interiectis
horarū ſpaciis cōſequētia reſpondebat ut intelligeret ali
qua reuelationis uidiſſe ſecreta. Nam in monte poſitus ea
quæ in ægypto gerebant̃ longe præuidens: Epiſcopo ibi
ꝯſtituto narrauit. Lamentabilis ſequit̃ uiſio & omni lachry
marum fonte plangēda. DVM ENIM FRATRIBVS
circa ſe ſedentibus operaretur intente erexit oculos ad cœ
lum gemens atq; ſuſpirans. Et poſt aliquantulum ſpacium
releuatiōis inceptæ nimio dolore cōtremuit: & ſtatim fixis
genibus ante dei vultum prouolutis orauit: ut clementia
ſua futurū auerteret ſcœlus. Succedunt orationi lachryme

metus ingens inuadit præſentes: obſecrant ut tātæ calami-
tatis exponeret uiſionē. Singultus occupat uocē: Lingua
fletibus præpedit: & in medio conatu gemitu ſermo inter-
rūpitur. Vix tñ cū uociferatōne luctuoſa ait. Melius erat o
filioli impendens piaculū cita morte lucrari. Sic incipiens
rurſum lachrymis uincit: & intra ægra ſuſpiria taudē pecto
ri cōmodans uocē. Magnū inquit quiddā & uniuerſis ſecu-
lis inauditū imminet nefas. Magno fides catholica turbine
ſubuertetur: & homines iumentis ſimiles chriſti ſancta di-
ripient. Vidi eñ altare domini multorū circūdatum multi
tudine: qui crebris calciū ictibus oīa diſſipabāt. Hec ē cau
ſa gemituū meorū: quos audiſtis. Et facta eſt uox domini di
centis. Abominabitur altarium meū. Nec mora uiſionē ſe-
quitur effectus. Nam poſt annos duos ſæua Arrianorum
erupit inſania. Tunc eccleſiarum fuerunt rapinæ. Tunc di-
uinorū temeratio uaſorum. Tunc polluta ſunt miniſteria.
Tunc paganorū preſidia aduerſus chriſtum comparata. cū
aſſumptione palmarū quod Idolatriæ apud Alexandriam
inſigne eſt. ad eccleſias pergere compellabant Chriſtiani
ut Arrianorum populo cederent: Propter ſcœlus horruit
animus replicare que geſta ſunt. Virginum matronarūq;
ereptus eſt pudor: ſanguis ouium chriſti in chriſti templo
effuſus: ueneranda reſperſit altaria. Baptiſterium pro uolū
tate gentilium pollutum eſt. Nihil defuit uiſionis ueritati.
Monſtrauit effectus φ calcitrantiū multorum indiſciplina
tio Arrianorum eſſet impietas. Sed iſtam triſticiam conſe-
quētis uiſionis proſperitate conſolatus eſt: & ait. Nolite fi
lioli mœrori uos penitus dedere: ut enim iratus eſt domi-
nus: ſic rurſum miſerebit & ſuæ cito eccleſiæ recuperabit
ornatum: eoſq; qui in perſecutionibus chriſti fidem ſerua-
uerint ſolito uidebitis fulgore lucentes. Reuertentur in fo
ueas ſuas ſerpentes; & religio longius propagabitur. Tan-

tū uidete ne fidei ueſtre ſynceritas Arriana labe ſordeſcat. Nō Apoſtolorū ſed dæmonū & patris eorū diaboli doctri na iſta eſt. Ob id p inſipientiā iumentorū ſimilis pecudū expreſſus eorum eſt animus. Huc uſq Antonius. Sed nos mi nime conuenit diffidere tam grande miraculū per hominē poſſe oſtendi. Saluatoris em̄ promiſſio eſt iſta dicētis. Si ha bueritis fidem ſicut granū ſinapis: dicetis huic monti trāſ ferte & tranſferetur: & nihil impoſſibile erit uobis. Et iterū Amen dico uobis omne quodcūq petieritis a patre in no mine meo dabit uobis. Petite & accipietis. Ipſe em̄ ſuis diſ cipulis & uniuerſo credentiū gregi nūc ſubiectionē dæmo num: nunc uariarū infirmitatum pollicēs curationē aiebat. Quod gratis accepiſtis gratis date. Nūquid ſue uirtutis im perio curabat Antonius? Nunquid ſue poſſibilitatis arbi trabatur eſſe quod fecerat? Orationibus nō pceptis dæmo nes morbiq ceſſerūt: & ad chriſti domini noſtri nominatio nem uniuerſa perfecta ſunt. Nemo ſapientiū ſanitatum ad mirationem adſcribat Antonio: ſed domino Ieſu: qui ſoli tam erga creaturas ſuas exhibens beneuolentiā: nūc quoq per electum famulum ſuum indulgenter exercuit. Antoni us tantum orabat: & dominus ob uitæ eius merita cuncta largiebatur. Sæpe autem & contra uoluntatem ad exterio rem montem a fratribus ducebatur. Et cum iudices qui ad exterius archiſterium propter aſperitatem itineris: & obſe quentium multitudinem: & horridam ſolitudinem: ire nō poterant: precario queſierunt. ut eius fruerentur aſpecti bus: nec impetrare poſſent quia moleſtiſſime ferebat uex ationē: diſcurſuum ipos cathenatos quos aut noxietas. aut uigor publicus conſtrinxerat ad eum deſtinabant: ſcientes tales ab Antonio non poſſe cōtemni. Quorum fletibus ſu peratus pertrahebatur ad exteriorem montem agnoſcens laborem ſuum utilem miſeris fore. Suadebat iudicibus qui

cum inuitauerant: ut in ſententia proferēda & odio & gratiæ dei timorē anteponerent: nec ignorare eos debere qđ ſcriptum eſt. In quocunq̧ iudicio iudicaueritis in eo iudicabitur de uobis. Attamen inter medios ſermones charæ ſibi ſolitudinis recordabatᷣ. Poſt coactam ita preſentiā: quā ducis p̄ces & quod uerius eſt miſererum fletu extorſerat: poſt ſalutaria monita: poſt reorum cōmendationem quorundam uero & abſolutōnem poſtulanti duci: ut paulo largius eidem ſuam preſentiam indulgeret: ait. Non poſſe ſe ibidem diutius morari: grato uſus exemplo quod piſces cū ex aqua extracti mox inarenti terra moriantur ſolis calore: ita & monachos cum ſecularibus retardantes humanis ſtatim reſolui confabulationibus. Ob id ergo inquid conuenit ut piſces ad mare: ita nos ad montē feſtinare: ne tardantibus nobis aliqua propoſiti ſuccedat ignauia. Pre tāta hominis ſapientia Dux miratus: iuſtam de eo tulit ueramq̧ ſententiam: dicens. Vere iſtum dei eſſe famulum: nec in ruſtico homine tantam aliquando ineſſe potuiſſe ſapientiam niſi diuino amore regeretur. Preterea cum BALACIVS qui ſub Neſtorio præfecto Alexandriæ dux AEgypti fuit: homo Arrianæ iniquitatis ſtudioſiſſim⁹ fautor: ita chriſti eccleſiam perſequeretur: ut animo ueſano uirgines monachoſq̧ nudatos uerberaret in publico: ad eum Antonius litteras miſit: quarum iſta ſententia eſt. Video iram dei uenientem ſuper te: deſine perſequi Chriſtianos ne te ira occupet quæ proximum iam tibi minatur interitum.

Legit infœlix epiſtolam & irriſit: atque eam execrans proiecit in terram: portiores quoque multis affecit iniuriis & Antonio talia renunciare precepit. Deſine noſtri eſſe ſollicitus: quia cura tibi tantopere monachorum eſt: etiam ad te mee uigoris tranſibit diſciplina. Sed confeſtim minatorem oppreſſit ſupplicium: Et poſt quinque dies

ꝺs effrenatum ultio diuina cōpeſcuit. Egreditur eñ ad primam manſionē Alexandriæ quæ appellať Ceru cum ſupra dicto ægypti pfecto Neſtorio: uehuntur equis. Quos inter omnes Balacius cuius erat manſuetiſſimus nutriebat Cum ergo pariter ſolito ſibimet equi colluderēt: micior quo Neſtorius uehebať morſu repentino Balaciũ decuſſit in terrã: ac ſic in eum inhians femora eius lacerauit atqꝫ corroſit: ut ſtatim relatus ad ciuitatem poſt tercium diem moreretur: uniuerſiqꝫ agnoſcerent minarum ab Antonio predictarũ effectum quãtocius conſecutũ. Digno perſecutoris fine cōpleto: ceteros ad ſe uenientes: mira cũ modeſtia ammonebat. ut oblita ſeculari dignitate remotioris uitæ beatitudinem appeterent. Siqui autem maiore poteſtate premebanť nec poterãt obtinere iuſticiã ita eos obnixe defendebat: ut ipſe pro illis pati uidereť iniuriam Multis utilis fuit pclara ſenis oratio: multi magnis diuiciis & altiori gradu milicie derelicto eius adherere cupiebant curriculis. Et ut infinita breui ſermone cōprehendam bonum ægypto medicum chriſtus indulſerat. Quis non triſticiam apud Antonium mutauit in gaudium? Quis non iram uertit in pacē? Quis orbitatis luctum non ad eius tēperauit aſpectum? Quis nō mœrore paupertatis quo premebatur abiecto ſtatim & diuitum deſpexit opulentias! & in ſua lætatus eſt paupertate? Quis poſt laſſitudinem monachus non eius inuitatus eſt hortatu! Quis adoleſcens ætatis ſuccenſus ardoribus nō ex eius admonitu pudicitie amator fuit? Quis uexatus a diabolo ſine medela rediit! Quis inimici cogitationibus diſtractus non cæca tempeſtate ſopita ſereno regreſſus eſt animo? Sciebat enim quo quiſqꝫ laboraret incōmodo: et ex uitæ merito diſcretionem ſpirituum agnoſcens: adhibebat morborũ pro ut erant vulnera ſanitatem; unde effectũ eſt ut poſt eius diſciplinã oēs diaboli panderenť inſidie.

Multe quoq; ad eius conſpectum deſponſatæ puellæ ab ip-ſo pene thalamo recedentes in eccleſiæ matris gremio cõſe derũt. Quid plura? Totius orbis homĩes ad eũ cõfluebãt: & uniuerſarũ gentiũ uarietas bellicoſiſſimũ cõtra dæmones uirũ cõſpicere geſtiebãt. Nullus ſe fruſtra illuc ueniſſe con queſtus eſt: oĩbus delectabile atq; iocundũ laborũ cõmerti um fuit. Fatigatio eñ itineris emolumẽtum uiatici reporta bat ſicut rei probauit effectus. Nam poſt reſolutionẽ eius quaſi cõmuni vulnere orbitatis accepto propriũ ſinguli lu xerunt parentem. Qui aũt finis eius uitæ fuerit.

DIGNVM EST ET ME cõmemorare: & uos cũ deſi-deretis audire, quia & hoc imitabile in eo cunctis fuit. Iuxta cõſuetudinẽ ad uiſitandos fratres: qui in exteriori monte erant uenit ibiq; a diuina prouidentia de ſua morte cõdiſ-cens ita exorſus eſt. Vltimã filioli patris audite ſententiam Non enim arbitror q in hoc ſeculo iterũ uos uiſuri ſumus Cogit cõditio naturæ ut poſt centenarium numerũ: quem quinq; annis ſupgredior iam reſoluar. Ita locutus audien tium pectora cõtriſtauit: gemitus lachrymæq; dicta mœrẽ tia cõſecutæ ſunt. Amplexabant̃ eum uniuerſi quaſi iã de ſe culo receſſurũ. At ille tanq̃ aliena deſerens ad propriã pa-triã proficiſceret̃ magna cũ lætitia p̃cipiebat deſidiã inſtitu to nõ debere ſurripere: ſed tanq̃ quottidie morituros ut an te p̃dixerat a ſordidis cogitationib9 aĩam cuſtodire: & oẽm æmulationẽ ad ſanctos quoſq; cõuertere a malicia. Ad ſciſ maticos uero nec prope quidẽ accedere. Scitis eñ (aiebat) eorũ antiquã puerſionẽ. Neq; cũ Arrianis in cõmune iun-gamini quia impietas eorũ iam oĩbus manifeſtata eſt. His etiã illud addebat: nullum debere Chriſtianũ cũ ſeculi uide at poteſtates pro Arrianorũ & Melitianorũ pugnare neq-tia: a chriſti territũ diſcedere ueritate: mortaliũ illã eſſe de fenſionẽ; nõ diu fallacẽ permanere poſſe phantaſiã. Qua-

propter aiebat cuſtodienda eſt pia fides in christo: & patrū religioſa traditio: quā & ſcripturarū lectiōe: & crebro meæ paruitatis didiciſtis āmonitu. Finito ſermone cū fratres ue hemētiſſime retardabant: glorioſo patris cupiētes termio decorari. Sed multas ob cauſas quaſi ſilentio demōſtrabat: pcipue tamē ob præſumptā ægyptiꝗ cōſuetudinē cōtradixit MOS etenī ægyptus eſt nobiliū & pcipue beatorū martyrum corpa: linteamine quidē obuoluere: & ſtudiū funeri ſolitum nō negare terra uero nō abſcōdere: ſed ſup lectulos domi poſita reſeruare. Hunc honorē quieſcētibus reddi in ueteratæ cōſuetudinis uanitas tradidit. De hoc Antonius ſepe epiſcopos depcatus ē: ut ppl'os eccleſiaſtica ꝯteſtatiōe corrigerēt: & laicos uiros ac mulieres ipſe rigidius ꝯuenit dicēs. Non licitū: nō legitimum hoc eſſe nec deo placitum Quippe cū & patriarcharū ſepulchra que ad nos uſqꝫ perdurant hec facta cōuincerēt. Dominici quoqꝫ corporis exemplum oportere intueri iubebat: quod in ſepulchro poſitum lapide uſqꝫ ad reſurrectionis diem tercium clauſum fuerit: atqꝫ his modis ultium circa defunctos ægypti: etiāſi ſancta eſſent corpa: coarguebat dicēs. Quid maius aut ſanctius corpe pōt eſſe dominico? quod iuxta cōſuetudinē gentium cæterarū humo cōditū eſt. Hec iuſta pſuaſio multorū inſitū euellit errorem: & repoſitis in terrā cadaueribus dn̄o gratias pro bono magiſterio retulerūt. Metuens ergo cōſuetudinē ſupradictā: ne eodē etiā circa ſe laberent errore: celeriter ualedicēs fratribus qui cōfluxerāt ad dominicū uirtutis habitaculum repedauit. Poſt menſes aūt paucos cum mediocre incōmodū ſenilia mēbra turbaſſet uocatis ad ſe duobus fratribus: quos ibidē ante quindecim annos modico interuallo ſeiunctos inſtituebat: quiqꝫ ei etiā ſeni cœperant miniſtrare ait. Ego quidē filioli ꝯm eloquia ſcripturarum patrū gradior uiam: iam em̄ me dn̄s inuitat: iam cupio

uidere cœleſtia: ſed uos o uiſcera mea ammoneo: ne tanti tẽporis laborẽ repente pdatis. Hodie uos religioſum ſtudium arripuiſſe arbitramini & cœptæ uolũtatis fortitudo ſuccreſcat. Varias demonũ noſtis inſidias: uidiſtis eorum: & impetus feroces: & uires effœminatas. Jeſum ſuſpirate: credulitatẽ nomis ei⁹ ueſtris figite mẽtibus. & a certa fide uniuerſi dæmones fugabuut. Memẽtote etiam ammonitionũ mearũ: & incertæ ꝯditionis: uitam accipitẽ quottidie tractate: & cœleſte uobis premiũ ſine cunctamine tribuet. Sciſmaticorũ & hereticorũ uenena uitate: meũ circa eos odiũ ſectamini. Chriſti ſunt inimici. Scitis ipſi ꝙ nullus mihi nec pacificus quidẽ ſermo cũ eis aliqñ fuerit: propter prauã eorum uoluntatẽ: & pertinax cõtra chriſtũ bellũ: Jn hoc autẽ magis eſtote ſolliciti, ut domĩ p̃cepta ſeruetis: ut poſt mortem ſancti quiqꝫ quaſi amicos & notos in æterna tabernacula uos recipiant. Hec cogitate: Hec ſapite: Hec retexite & ſi qua mei uobis cura: ſi qua patris memoria eſt: ſi mihi uicarium repreſentatꝫ affectũ: nullus ad ægyptum meas pferat reliquias: ne uane corpus honore ſeruetur: ne uituperato ut noſtis a me ritu: etiam circa me ſeruent obſequia. Huius em̃ rei gratia maxime huc ſum regreſſus. Vos ergo humo tegite. Vos patris operite corpuſculũ: & illud quoqꝫ cuſtodite mandatũ: ut nemo preter ueſtrã dilectionẽ locũ tumuli nouerit. Confido in dño quia neceſſario reſurrectionis tẽpore hic corpuſculũ reſiliet incorruptũ: Veſtimentorum aũt meorũ ſit iſta diuiſio. Melotẽ & palliũ tritũ cui ſupiaceo ATHANASIO EPISCOPO date quod ipſe mihi nouũ detulerat: SERAPION EPISCOPVS aliã accipiat melotem: Vos cilicinũ habetote ueſtimentũ: & ualete uiſcera mea. Antonius enim migrat: & iam non erit in pñti ſeculo uobiſcũ. Verba finierat & oſculantibus ſe diſcipulis: extendens paululum pedes mortẽ lætus aſpexit: ita ut ex hilarita

te vultus eius ſanctorũ angelorum qui ad pferendam ani-
mam eius deſcenderēt præſentia noſceret. Hos intuens tã
quã amicos uideret ANINAM EXHALAVIT & additus
eſt patribus ſm ordinē ſcripturarũ. Seruauerunt mandata
diſcipuli: inuolutũ corpus ut pceperat humo opiētes: & ne
mo interim uſq ad hanc diem pter eos ubi ſit conditus no
uit. Legatarius autē Antonii bñdicti: qui tritum palliũ cum
melote imperio eius meruerat accipe Antoniũ in Antonii
muneribus amplectit: & tanq magna hereditate ditatus læ
tatur: per ueſtimentũ recordat imaginē ſanctitatis.
HIC ANTONIO uitæ terminus fuit: iſta principia meri
torũ: quæ licet partiori ut prædixi ſermōe narrauerim: ta-
men ex his poteſtis aduertere: qualiter homo dei a pueritia
ad ſenectam uſq puenerit: quod om̄i ſemp dubitatione cal
cata nec languori nec longe quicquã ætati aliqñ cōceſſerit:
magis autē æqualitatē propoſiti tenens nec ueſtimentum
mutauit: nō pedes lauit: nec æſcam ſectatus eſt molliorem.
Oculorũ quoq aciē & numerũ dentiũ licet paululũ ob æta-
tem uiderent attriti: necnon & pedum inceſſum: totius etiã
corpis firmitatē: ita cōtra iura naturæ meritorũ gratia cu-
ſtodiuit: ut lautorũ corporũ que balneis atq delitiis cōfo
uent hilarior eius caro uideret. Hoc etiã fratres quod per
oēs prouincias amor eius famaq uolitauit: quē nec libro-
rum diſſeminatorũ oratio luculenta: nec mũdanæ ſapien-
tiæ diſputatio: nec nobilitas generis: non opum infinita cō
geſtio cōmendauit: cui oīm ore eſt aſſcribendũ niſi chriſto
cuius hoc donũ eſt: Qui deuotos eius animos erga ſuã p-
uidens maieſtatē: hominē alio pene orbe celatũ & inter tan-
tas poſitũ ſolitudines: Affrice: Hiſpanie: Galliæ: Italiæ: Il
lirico: Ipſi etiã QVE VRBIVM CAPVT EST ROME
ut in exordio pmiſerat demōſtrauit. Creatoris eſt iſta be-
nignitas: quæ famulos ſuos licet nolentes nobilitare con-

ſueuit: ut uirtus poſſibilis nec extra humanã eſſe naturã ſanctorũ doceat exẽplis: & ad beate uitæ imitationẽ ex fructu laboris optimus quiſq; impellat. Hunc itaq; fratribus librũ magnope legere curate: ut agnita fideli uita ſublimiũ monachorũ ſciant q; ſaluator noſter Ieſus chriſtus glorificãtes ſe glorificat: & ſeruientibus ſibimet nõ tantũ regna cœlo- rum: Sed etiã hic in ipſis montiũ ſecretis latere cupiẽtibus fame tribuit nobilitatẽ: ſc; ut ipſi fruant laude meritorum & cæteri eorũ puocent exẽplis: ſi aũt neceſſariũ fuerit & gẽtibus legite. ut uel ſic agnoſcant q; dñs noſter ieſus chriſtꝰ nõ ſolũ eſt deus dei filius: ſed etiã his qui eũ ſollicite colũt: & in eũ fideliter credũt: hãc dedit ptãte;: ut demones quos illi deos eſſe arbitrant, cõculcẽt: atq; eiiciãt deceptores ſcilicet hoĩm & totius corruptiõis artifices

EXPLICIT VITA B. ANTONII MONAchi ab Athanaſio epiſcopo Græco eloquio edita ab Euagrio preſbytero in latinũ tráſlata.

VITA PAVLI PRIMI EREMITAE PRECIpui eremi cultoris.

INter multos ſæpe tractãtũ eſt: a quo potiſſimũ monachorũ eremus habitati cœpta ſit. Quidã em̃ altius repetẽtes: a btõ Helia & Iohãne ſumpſere principiũ. Quorũ & Helias plus nobis uidet fuiſſe q̃ monachus & Iohãnes ante pphetare cœpiſſe q̃ natus eſt. Ad quã opinionẽ vulgus omne cõſentit. Alii aſſerũt Antoniũ huius propoſiti fuiſſe caput: quod ex pte uerũ ẽ. Nõ em̃ tã ipſe ante oẽs fuit q̃ ab eo oĩm incitata ſunt ſtudia. Amatus uero & Macchariꝰ diſcipuli Antonii: quorũ ſupior magiſtri corpus ſepeliuit: etiam nũc affirmant Paulũ quendã Thebeũ principẽ iſtius rei fuiſſe: quod nõ tam noĩe q̃ opinione nos quoq; comprobamus. Nõnulli & hæc & alia prout uolũtas tulit iactitãt: ſub-

terraneo ſpecu crinitū calcaneotenus hoīem fuiſſe: & multa quæ proſequi ocioſum eſt incredibilia fingētes. Quorū quia impudēs mendaciū fuit: nec refellenda quidē ſententia uidet. Igit q; de Antonio tā græco q̄ romano ſtilo diligēter traditū eſt: pauca de Pauli principio & fine ſcribere diſpoſui: magis q; res omiſſa erat: q̄ fretus ingenio. Quō aūt in media ætate uixerit & quas a ſathana ptulerit inſidias nulli hoīm cōpertum habet. Sub Decio & Valeriano pſecutoribus quo tpe Cornelius Romæ: & Cyprianus Carthagīe fœlici cruore dānati ſunt. Multas apud ægyptū & Thebaidam eccleſias tēpeſtas ſæua populata eſt. Votū tūc chriſtianis erat pro chriſti noīe gladio pcuti. Verū hoſtis callidus tarda ad mortē ſupplicia ꝯquirens: aīas cupiebat iugulare nō corpa. Et ut ipſe (qui ab eo paſſus eſt) Cyprianus ait: uolentibus mori: nō pmittebat occidi. Cuius ut crudelitas notior fiat: duo memoriæ cauſa exēpla ſubiecimus. Perſeuerantē igitur ī fide martyrē: & inter eculeos laminaſq; uictorem iuſſit melle perungi: & ſub ardētiſſimo ſole ligatis manibus poſt tergū reſupinari: ſcilicet ut muſcarū aculeis cederet: qui ignitas ſartagines antea ſupaſſet. Alium in iuuenili ætatē florentē: in amœniſſimos hortulos pcepit abduci. Ibiq; inter lilia cādentia & rubētes roſas: cum leui iuxta murmure aquarū ſerperet riuus: & mobili ſybilo arborū folia uentus cōſtringeret: ſupexſtructū plumis lectū reſupiari. Et ne ſe inde poſſet excutere: blandis ſertorū nexibꝰ irretitū relinqui. Quo cū recedētibus cunctis ad eū meretrix ſpecioſa ueniſſet: cœpit delicatis cōſtringere colla cōplexibus. Et quod dictu quoq; ſcelus eſt: manibus attrectare uirilia: ut corpe in libidinē cōcitato: ſe uictrix impudica ſupiaceret. Quid ageret miles chriſti. & quo ſe uerteret neſciebat Quē tormēta nō uicerāt. ſupabat uoluptas. Tandē cœlitus inſpiratus: præciſam linguā morſu oſculātis ſe in faciē ex-

pult:ac ſi libidinis ſenſum ſuccedẽs: doloris magnitudo oc
cupauit. Per idẽ ergo tẽpus quo talia gerebanť apud infe-
riorẽ Thebaidã: cũ ſorore iã uiro tradita: poſt mortẽ ambo
rum parentũ in hæreditate locupleti Paulus relictus eſt an
norũ circiter .xvi. litteris tem græcis q̃ ægyptiacis apprime
eruditus: mãſueti animi: deũ ualde amans. Et cũ ꝑſecutõis
procella detonaret: in uillã remotiorẽ & ſecretiorẽ ſeceſſit
Verũ quid nõ mortalia pectora cogit auri ſacra fames So-
roris maritus cœpit prodere uelle: quem cælare debuerat.
Nõ illũ ſororis lachrymæ nõ cõio ſanguis nõ ſpectãs cun-
cta ex alto deus abſcelere reuocauit. Ad hæc inſtabat crude
litas: quæ pietatẽ uidebať imitari. Quod ubi prudẽtiſſimus
adoleſcens intellexit: ad montiũ deſerta confugiẽs dũ finẽ
ꝑſecutionis preſtolareť: neceſſitatẽ in uoluntatẽ cõuertit:
et paulatim progrediẽs rurſuſq; ſubſiſtens: atq; hoc idẽ ſæ
pius faciens: tandẽ repperit ſaxoſum montẽ. Ad cuius radi
ces haud procul erat grandis ſpelũca: quæ lapide claudebať
Qua remoto (ut eſt cupiditas hoĩm occulta cognoſcere)
auid⁹ explorãs aĩaduertit intus grãde ueſtibulũ qd apto ſu
per ſe cœlo patulis diffuſa ramis uetus palma ꝓtexerat: fon
tẽ lucidiſſimũ oñdens: cui⁹ riuũ tm̃mõ foris erũpentẽ: ſtati
modico foramĩe eadẽ q̃ aquas genuerat: terra ſorbebat.
Erãt ꝑterea ꝑ excelſum mõtẽ haud pauca hĩtacula: ĩ quib⁹
erãt ſcabræ iã incudes & mallei: q̃bus pecunie olim ſignate
uiſebanť: hũc locũ ægyptiorũ lr̃e ferũt furtiue monete of-
ficinã fuiſſe ea tẽpeſtate qua Cleopatræ Antoni⁹ iunct⁹ eſt.
Igiť adamato (quaſi qd a deo ſibi offerreť) hĩtaculo: oẽm
ibidẽ in oꝛonib⁹ & ſolitudĩe duxit etatẽ. Cibũ & ueſtimentũ
ei palma ꝑbebat: qd ne cui ĩpoſſibile uideať Ieſum teſtor &
ſctõs angelos ei⁹: in ea eremi parte q̃ iuxta Syriã Saracenis
iungiť: uidiſſe me monachos: de q̃bus vn⁹ ꝑ .xxx. ãnos clau
ſus ordeaceo pane & lutulẽta aqua uixit. Alter ĩ ciſterna ue
teri (quã gẽtili ſmone Syri cubã uocãt) quiq; caricꝫ ꝑ ſingu
los dies ſuſtẽtabať. Hec igiť icredibilia eẽ uidebũť his q nõ
crediderit q͛ oĩa poſſibĩa ſtꝫ credẽtib⁹. Sꝫ ut ad id redeã vñ

digreſſus ſum cũ iam centũ tredecĩ annos btũs paulus uitã cœleſtẽ ageret ĩ terris & nonagenarius in alia ſolitudie Antonius moraret̃: ut ipſe aſſerere ſolebat: hæc in mẽte ei⁹ cogitatio incidit: nullũ ultra ſe pfectũ monachũ in eremo cõſediſſe: At illi p noctẽ quieſcẽti reuelatũ eſte ẽ aliũ ulterius multo ſe meliorẽ: ad quẽ uiſendũ deberet pficiſci. Jllico erũpente luce: uenerabilis ſenex infirmos artus baculo regẽte ſuſtentãs: cœpit ire uelle quo neſciebat. Et iam media dies coquẽte iã ſole deſup feruebat: nec tñ ab incœpto itinere abducebat̃ dicẽs. Credo in deũ meũ ꝙ ſeruũ quẽ mihi pmiſit oñdet. Nec plura his cõſpicit hoĩem equo mixtum: cui opinio poetarũ centauro uocabulũ indidit. Quo uiſo: ſalutaris impreſſione ſigni armat frontẽ. Et heus tu inquit: quanã in parte hic ſeru⁹ dei habitat. At ille barbarũ neſcio quid frendens: & frangẽs potius uerba ꝗ proloquẽs: inter horrẽtia ora ſenis blandũ quæſiuit eloquiũ. Et cũ dexteræ protẽſione manus cupitũ indicat iter: & ſic patentes cãpos uolucri trãſmittẽs fuga ex ocul' mirãtis euanuit. Verũ hæc utrũ diabolus ad terrẽdum eũ ſimulauerit: an (ut ſolet eremus) mõſtruoſorũ aĩaliuꝫ ferax iſtã quoqꝫ gignat beſtiam: incertũ habem⁹: Stupẽs itaqꝫ Antonius: & de eo quod uiderat ſecũ reuoluẽs: ulterius progredit̃. Nec mora inter ſaxoſam ꝯuallẽ nõ grandẽ homũculum uidet: aduncis narib⁹: fronte cornibus aſꝑata: cuius extrema pars corpis in caprarũ pedes deſinebat. Et hic Antonius ſpectaculo ſcutũ fidei & loricã ſpei bonus pliator arripuit. Nihilominus memoratũ aĩal palmarũ fructus eidẽ ad uiaticũ quaſi pacis obſides offerebat. Quo cognito greſſum pſſit Antonius: & ꝗs nã eſſet interrogãs hoc ab eo rñſum accepit. Mortalis ego ſum & unus ex accolis eremi: quos uario deluſa errore gẽtilitas faunos ſatyroſqꝫ & incubos uocãs colit. Legatõe fungor gregis mei. Precamur ut pro nobis cõem deũ depceris

quē ꝑ ſalute mūdi olim ueniſſe cognouim⁹: & in uniuerſam terrā exiit ſonus ei⁹. Talia eo loquēte lōgæuus uiator uber tim faciē lachrymis rigabat: q̄s magnitudīe læticiæ indices effuderat. Gaudebat q̄ppe de christi gloria & de interitu Sathanæ. Simulq; admirās ꝙ ei⁹ poſſet intelligere ſmonē: & baculo humū ꝑcutiēs aiebat. Vhe tibi Alexādria: quæ pro deo portēta uenerarīs Vhe tibi ciuitas meretrix: in qua totius orbis dæmonia cōfluxere. Quid nūc dictura es. Beſtiæ christū loquunt: & tu ꝑ deo portēta uenerarīs. Necdū uerba cōpleuerat: & q̄ſi pēnigero uolatu petulcū aīal aufugit. Hoc nō cuiq̄ ob incredulitatē ſcrupulum moueat ſub rege Constātino uniuerſo mūdo teste defendit. Nā Alexandriā iſtiuſmōi hō viuus ꝑduct⁹ magnū ppl'o ſpectaculū præbuit: & poſtea cadauer exaīe ne calore eſtatis diſſiparet: ſale infuſum antiochiā ut ab īpatore uideret allatū eſt Sed ut ꝓpoſitū ſequar Antoni⁹ cepta regione ꝑgebat: ferarū tm̄ ueſtigia intuēs. & eremi latā uaſtitatē. Quid ageret quo uerteret gradū neſciebat. Iā altera affluxerat dies Reſtabat vnū: ut deſeri ſe a christo nō poſſe ꝯſideret. Pernox ſecūdas in oratione exegit tenebras & dubia adhuc luce: ꝓcul intuet lupā ſitis ardorib⁹ anhelantē ad radicē mōtis irrūpere. Quā ſecutus ocul' & cū iuxta ſpelūcā fera abiiſſet: accedēs itro cœpit aſpicere: nihil curioſitate ꝓficiēte tenebris arcētib⁹ uiſum. Verū (ut ſcriptura ait) Perfecta dilectio foras mittit timorem: ſuſpēſo gradu & anhelitu ſpato callidus explorator ingreſſus: ac paulatī ꝓgrediēs ſepiuſq; ſubſiſtēs: ſonum aure captabat. Tandē p cæcæ noctis horrorē ꝓcul lumē intuit⁹ dū auidius ꝓperat: offenſo pede lapidē inſtrepitū cōcitauit Poſt cuius ſonitū: btūs paulus oſtiū quod patebat occludēs ſera obfirmauit. Tunc uero Antonius preforib⁹ corruens uſq; ad ſextā: & eo amplius horā aditū ꝑcabat: dicens. Qui ſim: vn̄ & cur uenerim noſti. Scio me nō mereri ꝯſpectū tuū

uidere: tñ niſi uidero nõ recedã. Quiſ beſtias recipis: hoiem
cur repellis. Quæſiui & inueni. Pulſo ut aperiatꝛ. Quod ſi nõ
impetro: hic moriat ante poſtes tuos: certe ſepelies meũ ca
dauer. TALIA PERSTABAT memorans: fixuſq; ma-
nebat. Ad quẽ reſpõſum paucis ita reddidit heros. Nemo
ſic petit ut minetꝛ: nemo cũ lachrymis iniuriã uel calũniam fa
cit. Et minaris ſi nõ recipiã: cũ moriturus adueneris ſepeliã
te. Sic arridẽs paulus patefecit ingreſſum. Quo apto dũ in
mutuos miſcentꝛ amplexus ꝑpriis ſe ſalutauere nomĩbus:
gratiæ dño in cõe referuntꝛ. Et poſt ſcm oſculũ reſidẽs pau-
lus cũ Antonio ita exorſus eſt. En quẽ tãto labore quæſiſti
putridis ſenectute mẽbris operit inculta canicies. En uides
hoiem puluerẽ mox futurũ. Verũ qa charitas oĩa ſuſtẽtat:
narra mihi quæſo qũo ſe habeat humanũ genus. An in anti-
quis urbibus noua tecta cõſurgãt: quo mũdus regatꝛ impio
an ſupſint aliq qui dæmonũ errore rapiantꝛ. Inter has ſer
mocinatiões cõſpiciũt alitẽ coruũ in ramo arboris cõſediſ
ſe: qui inde leuiter ſubuolabat. & integrũ panẽ añ ora mirã
tium depoſuit. Poſt cuius abſceſſum: Eia inquit Paulus: dñs
nobis prandiũ miſit: uere pius uere miſericors. Sexaginta
iam anni ſunt quo accipio dimidii ſemp panis fragmentũ:
uerũ ad aduentũ tuũ militibus ſuis duplicauit annonã. Igi
tur dño gratiarũactione celebrata: ſup uitrii marginẽ fon
tis uterq; cõſedit. Hic uero qs frãgeret panẽ oborta cõten
tio pene diẽ duxit ad ueſperũ. Paulus more cogebat hoſpi-
tii: Antonius iure refellebat ætatis. Tandẽ conſiliũ fuit ſiter
illos: ut apphenſo pane e regione dũ ad ſe quiſq; nitiꝛ: pars
ſua remaneret in manibus. Dehinc paululum aquæ conca
uis manibus prono ore in fonte libauerunt: & immolãtes
deo ſacrificium laudis noctem tranſegere in uigiliis. Cũq;
iam eſſet terræ redditus dies: beatus Paulus ad Antonium
ſic locutus eſt. Olim te frater in iſtis regionibꝰ habitare ſcie

bam: olim conſeruũ meum mihi promiſerat deus: Sed quia dormitõis tẽpus aduenit: & ꝙ ſemp cupiebã diſſolui & eſſe cũ christo. Peracto curſu ſupeſt mihi corona iuſticiæ: tu miſſus es a dño qui humo corpuſculũ meũ tegas: imo terre terram reddas. His Antonius auditis flens & gemẽs ne ſe deſereret atq̧ ut comitẽ talis itineris accipet: ꝓcabať. Et ille: Nõ debes inquit querere que tua ſunt: ſed quæ aliena. Expedit tibi ſarcina carnis abiecta agnũ ſequi Sed & cæteris expedit fratribus: ut tuo adhuc inſtruanť exẽplo. Quãobrẽ queſo pge: niſi moleſtũ eſt: & palliũ quod tibi Athanaſius eps dedit: ad inuoluendũ corpus meũ defer. Hoc aũt btũs Paulus rogauit nõ ꝙ magnopere curaret utrũ tectum putreſceret cadauer aut nudum. Quippe qui tanto tpis ſpacio cõtextis palmarum foliis ueſtiebať. ſed ut a ſe recedenti mœror ſuæ mortis leuareť. Stupefactus ergo Antonius: ꝙ de Athanaſio & pallio ei⁹ audierat: quaſi chriſtũ in paulo etiã uideret: & in pectore eius deum uenerãs: ultra rñdere nihil auſus eſt ſed cũ ſilẽtio lachrymãs: oſculatus ei⁹ oculis manibuſq̧: ad monaſteriũ quod poſtea a ſarracenis occupatũ eſt: regrediebať. Neq̧ uero greſſus ſequebať aĩmi. Sed q̃uis corpus inane ieiuniis ſeniles anni fregerant: tamen animo uincebat ætatem. Tandem fatigatus & anhelus ad habitaculuʒ ſuum confecto itinere peruenit. Cui cum duo diſcipuli qui longæuo uiatori miniſtrare conſueuerant: occurriſſent dicentes. Vbi tamdiu moratus es pater? Reſpondit ille & ait. Vhe michi peccatori qui falſi monachi nomen fero. Vidi Heliam: uidi Johannem in deſerto: & uere uidi Paulum in parodiſo. Et ſic ore compreſſo: manu uerberãs pectus ex cellula pallium protulit. Rogãtibuſq̧ diſcipulis: ut plenius quidnam rei eſſet exponeret: ait: Tempus tacendi & tempus loquendi. Tunc egreſſus foras: & nihil quidem cibi ſumens per uiam qua uenerat regreſſus eſt: illũ ſitiens &

illum uidere deſiderans: illum oculis ac mente amplectẽs. Timebat em̃ quod euenit: ne abſente ſe chriſto debitum ſanctus ſpm̃ redderet. ¶ Cũq; dies alia eluxiſſet: & triũ horarũ ſpacio uiã remeauiſſet: uidit inter angelorũ choros inter ꝓphetarũ & apl'orũ ꝑpl'os: niueo cãdore paulũ fulgentẽ in ſublime aſcendere. Et ſtatĩ in faciẽ ſuã ꝓcidẽs ſabulũ capiti ſupiacebat plorãs atq; eiulãs. ¶ Cur me paule dimittis? ¶ Cur inſalutat⁹ abis? Tã tarde not⁹ tã cito recedis. Referebat poſtea btũs Antoni⁹ tãta ſe uelocitate qđ reliquũ erat uiæ cucurriſſe: ut inſtar auis ꝑuolaſſet. Nec imerito: nã introgreſſus ſpeluncã: uidit genub⁹ ꝯplicatis: erecta ceruice: extẽſiſq; manib⁹ in altũ: corpus exaĩe. Ac primũ & ipſe uiuere eũ credẽs pariter orabat. Poſtq̃ uero nulla (ut ſolebat) ſuſpiria ꝑcãtis audiuit in flebile oſculũ ruẽs: intellexit q; etiã cadauer ſctĩ dñi (cui oĩa uiuũt) officio geſtus ꝑcabaẽ. Igiẽ obuoluto & ꝓlato foras corpe hymnos quoq; & pſalmos de chriſtiana traditõne decãtans ꝯtriſtabaẽ Antonius q; ſarculũ quo terrã foderet nõ haberet: fluctuãſq; uario mẽtis æſtu & ſecũ multa reputãs: dicebat: Si ad monaſteriũ reuertar quatriduanũ iter eſt Si hic maneã: nihil ultra ꝓficiã. Moriar ergo: ut dignũ eſt: iuxta bellatorẽ tuũ chriſte ruẽs: & extremũ halitũ fundã. Talia eo aĩo uoluẽte: ecce duo leones ex ĩterioris heremi ꝑte currẽtes uolãtibus q̃ſi ꝑ colla iubis ferebanẽ. Quibus aſpectis exhorruit, Rurſuſq; ad eũ referẽs mentẽ quaſi colũbas uideret: mãſit intrepidus. Et illi quidẽ directo curſu ad cadauer bti ſenis ſubſtiterũt: adulantibuſq; caudis circa ei⁹ pedes accubuere: fremitu ingenti rugientes. Prorſus ut intelligeret eos plãgere quõ poterãt. Deinde haud ꝓcul cœperũt pedib⁹ ſcalpere: arenãq; certatĩ egerẽtes: vnius hoĩs capacẽ locũ foderũt: ac ſtatĩ quaſi mercedẽ ꝓ ope poſtulantes cũ motu auriũ ceruice reiecta ad Antoniũ prexerũt manus ei⁹ pedeſq; lingẽtes. At ille aĩaduertit bñdictionem

eos a ſe præcari. Nec mora in laudationē chriſti effuſus: ꝙ muta quoq; aīalia deū eſſe ſentirēt: ait: Dñe ſine cuius nutu nec foliū arboris defluit: nec vnꝰ paſſerū ad terrā cadit: da illi ſicut tu ſcis. Et manu annuēs: ut abirēt imꝑauit. Cunq; illi receſſiſſent: corpis onere ſeniles curuauit hūeros. Et depoſito eo in foſſam: deſuꝑ humū cōgregās tumulū ex more cōpoſuit. Poſtq̄ aūt alia dies illuxit: ne qd piꝰ hæres ex inteſtati bonis nō poſſideret tunicā eius ſibi uēdicauit: quā in ſportarū modū de palmæ foliis cōtexerat. Ac ſic ad monaſteriū reuerſus: diſcipulis cūcta ex ordine replicauit: Diebuſq; ſolēnibus paſchæ uel pēthecoſtes: ſemꝑ pauli tunica ueſtitus eſt Libet in fine opuſculi eos interrogare: q ſua patrimonia ignorāt: q domos marmoribus ueſtiūt: q vno filo uillarum inſuunt prædia: huic ſeni nudo qd unq̄ defuit? Vos gēma bibitis: ille ꝯcauis naturæ manibꝰ ſatiſfecit Vos in tunicis aurū texitis: ille nec uiliſſimū qdē indumentū habuit mācipii ueſtri. Sꝫ ecōtrario illi pauꝑculo paradiſus patet: uos auratos gehēna ſuſciꝑet. Ille ueſtē chriſti licet nudus tñ ſeruauit: uos ueſtiti ſericis indumentū chriſti ꝑdidiſtis. Paulus uiliſſimo puluere cooꝑtus iacet reſurrecturus in glām: uos oꝑoſa ſaxis ſepulchra ꝑmūt cū ueſtris opibus arſuros. Parcite quæſo uos: parcite ſaltē diuitiis quas amatis. Cur & mortuos urōs auratis obuoluitꝭ ueſtibꝰ? Cur ambitio ueſtra inter luctus lachrimaſq; non ceſſat? An cadauera diuitū niſi in ſerico putreſcere neſciūt? Obſecro qcunq; hæc legis: ut Hieronymi pctōris memieris: cui ſi dñs optionē daret: multomagis eligeret tunicā pauli cū meritis eiꝰ q̄ regū purpurā cū pœnis ſuis.

¶ LACTANTII FIRMIANI CARMEN De paſſione dñi: quod in uetuſtis exēplaribꝰ nuꝑ innentum

QVisquis ades: mediiq; ſubis in limina templi:
Siſte parum: in ſontemq; tuo pro crimine paſſum:

DE PASSIONE

Reſpice me: me conde animo: me in pectore ſerua.
Ille ego: qui caſus hominum miſeratus acerbos:
Huc ueni: pacis promiſſæ interpres: & ampla
Communis culpæ uenia: hic clariſſima ab alto
Reddita lux terris: hic alma ſalutis imago:
Hic tibi ſum requies: uia recta: redẽptio uera:
Vexillumq; dei: ſignum & memorabile fari.
Te propter: uitamq; tuam ſum Virginis aluum
Ingreſſus: ſum factus homo: atq; horrentia paſſus
Funera: nec requiem terrarum in finibus uſquã
Inueni: ſed ubiq; minas: ſed ubiq; labores.
Horrida prima mihi in terris magalia Iudæ
Hoſpicia in partu: ſociæq; fuere parenti.
Hic mihi fuſa dedit bruta inter inertia primum
Arida in anguſtis præſepibus herba cubile.
In phariis primos uixi regionibus annos
Herodis regno profugus: reliquoſq; reuerſus
Iudæam: ſemper ieiunia: ſemper & ipſam
Pauperiem extremam: & rerum inferiora ſecutus:
Semper egens monitis humana ſalubribus almæ
Ingenia ad ſtudium probitatis aperta ſalubri
Plurima doctrinæ iniungens miracula: quare
Impia Hieruſalem rabidis exercita curis
Inuidiæ: ſeuiſq; odiis: & cæca furore:
Inſonti eſt pœnis letalibus auſa cruentam
In cruce terribili mortem mihi quærere: quæ ſi
Latius ipſe uelim diſtinguere: ſiq; per omnes
Ire iuuet gemitus: mecum & ſentire dolores:
Collige conſilia: inſidiaſue: meiq; nefandum
Sanguinis innocui precium: & ſimulata clientis
Oſcula: & inſultus: & ſæuæ iurgia turbæ.
Verba præterea: & promptas ad crimina linguas.

¶ Fige animo & teſtes: & cæci infanda Pilati
Iudicia: ingentemq; humeros: & feſſa prementem
Terga crucē: atq; graues horrēda ad funera greſſus.
Nunc me nunc uero deſertum extrema ſecutum
Supplicia: & dulci procul a genitrice leuatum
Vertice adusq; pedes me luſtra: en aſpice crines
Sanguine concretos: & ſanguinolenta ſub ipſis
Colla comis: ſpiniſq; caput crudelibus hauſtum
Vndiq; diua pluens uiuum ſuper ora cruorem:
Compreſſos ſpeculare oculos: & luce carentes:
Afflictaſq; genas: arentem ſuſpice linguam
Felle uenenatam: & pallentes funere vultus:
Cerne manus clauis fixas: tractoſq; lacertos:
Atq; ingens lateri vulnus: cerne inde fluorem
Sanguineum: foſſoſq; pedes: artuſq; cruentos.
Flecte genu: lignumq; crucis uenerabile adora
Flebilis: innocuo terramq; cruore madentem
Ore petens humili: lachrymis ſuffunde ſubortis:
Et me nonnunquam deuoto in corde: meoſq;
Fer monitus. Sectare meæ ueſtigia uitæ:
Ipſaq; ſupplicia inſpiciens: mortēq; ſeueram
Corporis innumeros memorans: animiq; dolores
Diſce aduerſa pati: & propriæ inuigilare ſaluti.
Hæc monumenta tibi: ſiquādo in mēte iuuabit
Voluere: ſiqua fides animo tibi ferre mearum
Debita ſi pietas; & gratia digna laborum
Surget: erunt uere ſtimuli uirtutis: eruntq;
Hoſtis in inſidias clypei: quibus acer in omni
Tutus eris: uictorq; feres certamine palmam.
Hæc monimenta tuos ſi labilis orbis amicos
Auertent ſenſus: fugiente decoris ab umbra
Mundani efficient: ne ſpe captatus inani

DE PASSIONE DOMINI.

Mobilis occiduis fortune fidere rebus.
Auferis: aut uitæ ſperare fugacibus annis:
Sed te nimirum: ſic iſta caduca uidentem:
Sæcula: & exutum patriæ melioris amore
Orbis opes: rerũq́ uſus: & uota priorum:
Moribus extollens ſacris: uitæq́ beatæ
Spe: duros inter pœnas: te rore fouebunt
Cœleſti: pactiq́ boni dulcedine paſcent.
Purpuream donec poſt ultima fata relicto
Corpore: ſublimes animam reuocabit ad auras.
Gratia magna tibi tunc omnem exuta laborem:
Angelicos tunc læta choros: acieſq́ beatas
Sanctorum inſpiciens: æternæ pacis amœna
Perpetuo felix mecum regnabit in aula.

FINIS.

11837

BR
1700
.A2
C53
1515
c. 1

I. [2], XCII (i.e. 90) ff.
II. (40) ff.

14076

4102594